dicit ad Phil. iiij. Vos estis corona nra aī dū. Tercio dēt esse difficilia vt nr affectus p hoc deuotior phat. Hebre. xij. Recogitate eū q talē sustinuit a pctorib⁹ aduersus semet ipm ꝺdictionē. vt ne fatigemī animis vestris deficientes. nōduz vsqz ad sanguinē restitistis aduersus pccatū pugnātes. vt beatus Paulus fecit. ij. Thessa. iij. Scitis frēs neqz gratis panē manducamus. sed in labore nocte z die sumus laborantes: vt nos ipsi formā dare mus vobis. ¶ Secūdo cōsistit corpalis exercitatio i malor reluctatiōe. De q Roma. xij. Noli vinci a malo. sed vince in bono malū. h̄ ē corp⁹. mūdū z diabolū. Hec sunt q ꝺtrariant aīe saluti. hec vicit apl's. Pro corpus p castigatōz. i. Lor. ix. Castigo corpus meū et i seruitutē redigo. Chrys. Nihil corpi pter nudā necessitatē mistrauit. Et hoc ideo fecit vt pfecte carnem subiiceret rōni. Si ille hec fecit qui iā certus fuit de dei dilectiōe q̄d nos facere debem⁹. Scdo mundū p mentis alienationē. De q ad Gal. vi. Mihi mund⁹ crucifixus ē et ego mūdo. Chrys. Quicquid mūdus reputabat gloriā hoc ipse penā. Tercio diabolū p ꝺtinuā resistentiā z humilē oratione. vt ipemet loquēs q̄si de piculo aīe sue i temptatōe diabolica. ij. Lor. xij. sic inqt. Datus ē mihi stimulus carnis. angel⁹ sathane q me collaphisat. z subdit. Propter quod deuz ter rogaui vt discederet a me. ecce oro. z dixit mihi. Sufficit tibi gra mea. Tantā gram ei dns ꝺtulit vt semp vinceret. z nūqz a diaboli cis temptatōib⁹ vinceret. nec potuit a diabolo supari. qz a charitate xpi separi non potuit Ro. viij. z sic nos ad reluctatōem hortamur Eph. iij. Nolite locuz dare diabolo. z ibidē c. vi. Induite vos armaturam fidei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. ij. Thim. ij. Nemo coronabit nisi q legitime certauerit. s. ꝺ mundū z diabolū z carnē. Sic coronari meruit apl's. vt ipsemet testat. ij. Thim. iiij. dicēs. Bonū certamē certaui. curlum cōsummaui. fidē seruaui. i reliquo reposita ē mihi corona iusticie quā reddet mihi dns iust⁹ iudex in illa die. nec solū mihi sz et alijs q̄ diligūt aduentū ei⁹. i. q̄ ita se habuerūt q nō timēt aduentū ei⁹. ¶ Tercio ꝺsistit corpal⁹ exercitatio in aduersitatū ppressione. ij. Thi. iij. Oēs qui pie volūt viuere in xpo plecutōem patient. Judith. viij. Oēs q tibi placuerunt p varias tribulatiōes transierūt. Quāto magis q̄s deo acceptior tanto magis qnqz a deo tēptari permittit. Thob. xij. Quia acceptus eras deo. necesse erat vt tēptatio pbaret te. i. Lor. iiij. Maledicimur z bñdicim⁹. plecutionē patimur z sustinem⁹. blasphemamur z obsecram⁹ zc. Sic Paul⁹. ij. Lor. xi. In carceribꝫ abūdātius. i plagis supra modū. et sꝑdit. A iudeis q̄nquies q dragenas vna min⁹ accepi. ter virgis cesus sum. semel lapidatus sum. ter naufragiū ptuli. Idcirco dicit nobis Heb. x. Patiētia vobis necessaria ē vt et volūtatē dei faciētes reportetis reprom̄issionez. ¶ Et nota passiones pfectorū de q̄bꝫ erat Paul⁹ sunt triplices. Primo ex ppie vite insufficiētia. vt q̄ntūcūqz bonū faciūt sp maiori desiderio inardescūt ad ea que desiderāt. z estimāt se nihil fecisse. Sic videbat paulo Ro. vij. Uelle adiacet mihi. pficere aut bonū nō inuenio. z Phil. iij. Que retro sūt obliuiscēs ad anteriora me extēdo. Scdo affligunt ex mūdi displicētia. ad Gal. vi. z figurat Ezechi. i. Quocūqz ibat spūs illic z rote eleuabāt Quid p spiritū nisi spūalis vita itelligit. q̄d p rotas nisi tribulatio q̄ vitā spūalē sequitur. Bre. Quāto q̄s altior pficit tāto i h̄ mūdo inueniet q̄ dur⁹ portat. Tercio ex dei absentia Osee. ix. Ue cū recessero ab eis. Bern. Alia q semel recepit dei presentiā z sustinere ei⁹ absentiā est expiri gehenne penā ¶ Tercio debem⁹ imitari apl'm i acquisitione virtutuz. Bern. Quātumcūqz affligis corpus nō pdest nisi fueris virtutib⁹ adornat⁹. i. Thi. iij. Lorpalis exercitatio ad modicū utilis ē. spūalis vo ad multa. q̄ cōsistit i interioribꝫ virtutibꝫ. O imitatores estote. ¶ Nā licet btūs Paulus i omnibꝫ virtutibꝫ abūdaret. de tribꝫ tn videam⁹ q̄s excellenter habuit. Primo charitatē. Ro. viij. Quis nos sepabit a charitate dei tribulatio an angustia. vt supra. Scio z certus sum q neqz mors neqz vita. Aug⁹. Dolendū ē q apl's cū horribilibꝫ tormētis a charitate dei non potuit separi. nos interdū ociosa fabula z puissimū viciū sepant. immo q̄nqz ppter signū opinatū ad inimicū i inimiciciaz venim⁹. De paulo dicit Chrys. Sic ferz ignē missum totū igneū efficit. sic Paul⁹ charitate succēsus totus effect⁹ est charitas. sicut dicit Eph. v. Imitatores mei estote sicut filij charissimi. z ambulate i dilectōe sicut dilexit nos xps. Et merito. qz dicit Aug⁹. de laude charitatis. Quāto i hoc mūdo maior dilectio de tāto maiori futuro retributio. Etiā habuit dilectiōem primi tantā q̄ dixit Ro. ix. Cupiebā anathema ee p fratribꝫ a xpo. i. ad tps separi a xpo vt intenderet conuersioni

indeoꝛ ad fidẽ xpi. Chriſ. Nullus tãto affectu explãgit mala ꝓpria ſic Paulus aliena. Phil. i. Teſtis ẽ mihi ds qm cupio vos oẽs in viſceribꝫ ieſu xpi. Sic nos imitari debem⁹ Ro. xv. Debem⁹ z nos firmioꝛes imbecillitates infirmoꝝ ſuſtinere. Bal. vi. Alter alteri⁹ onera portate. Rõ Bꝛe. ſup Ezech. Nullus ẽ deo tale ſacrificiũ ſic zel⁹ aiaꝝ. ¶ Scda virtus quã excellẽter habuit i q eũ ſeq debem⁹ eſt humilitas. patet ex noĩs interꝓtatõe. paulus id ẽ modic⁹. In de paululũ. i. modicũ. Aug. Paul⁹ nomẽ humilitatis ẽ. Et bñ cõuenit ſibi ꝺ nomẽ. qꝛ ipe de ſe fideli aõ dixit. i. Coꝛ. xv. Ego ſum minim⁹ apl'oꝝ. z nõ ſum dign⁹ vocari apl'is. Itẽ ad Phil. iij. Mihi oĩm ſanctoꝝ minimo data eſt gra dei pdicare in gẽtibus Et itez cũ dicit ꝺ apparitõibꝫ facẽſalijs apl'is poſt reſurrectõem xpi dicit. i. Coꝛ. xv. Nouiſſime ꝺo tãq abozt̃uo viſus eſt mihi. Et ne videat hoc dicere quadã ſimulatione. ideo nõ faciebat hoc Paul⁹ mentiendi ꝑcipitatõe ſed eſtimãdi affectõe. Bꝛe. Qui em̃ pfecte pctm̃ ſuum z ſeipm̃ examinãdo intelligit nullũ pctm̃ par ſuo pctõ exiſtimat. z quicq̃d boni habet ſoli deo attribuit. Sic ipſe Paul⁹ i. Coꝛ. xv. Bꝛa dei ſum id qꝺ ſum. nihil aliud ſeipm̃ reputabat q̃ pctoꝛez z indignũ hominẽ. Vñ. i. Thim̃. i. Fidel' ſermo z oĩ acceptõe dignus. qꝛ Ihs xps dei fil⁹ venit in hũc mundũ pctoꝛes ſaluos facere. quoꝝ ego pri⁹mus ſuꝫ. i. ꝓncipalis. Ecce humilitas. Bꝛe. Oĩa opa ſunt nulla niſi fuerint i humilitate fundata. Sic nos ipm debemus ſeq i vera humilitate ſi ad celeſte regnũ volum⁹ puenire. Aug. Excelſa patria humilis ẽ via. hũliter ad humilẽ venire oꝓꝛet. Dicit idẽ ſup illud Joh. Ego ſum oſtiũ. Oſtiũ hũile ẽ. ſ. celeſtis patrie. ſi ſano capite volum⁹ intrare. oꝓtet nos caput dimittere ſuꝑbie. cũ quo aliter impoſſibile eſt intrare. ¶ Tercia virt⁹ quã excellenter habuit fuit mãſuetudo ſiue pietas. Chriſ. Nemo itm̃ dilexit amicos ſicut Paulus inimicos. ij. Coꝛ. xij. Lugeo multos q̃ peccauerũt z nõ egerũt penitẽtiã ꝺ ĩmũdicijs ſuis Chriſ. Null⁹ explangit ꝓpria ſicut paulus aliena. Subdit idẽ. Ac ſi totũ mũdũ geniſſet ꝺ oĩbꝫ ꝺoluit. ij. Coꝛ. xi. Quis infirmat z ego non infirmoꝛ. Et ſic hoꝛtat nos imitari. ad Bal. vi. Frẽs ſi ꝓoccupat⁹ fuerit hõ in aliq̃ delicto: vos q̃ ſpũales eſtis inſtruite hmõi in ſpũ lenitatis. Bꝛe. Plus ẽ animã pascue victurã reficere ſiue reuocare. q̃ vẽtrẽ moꝛiturę carnis terreno pabl'o ſatiare. Quarto debem⁹ ipm imitari q̃tũ poſſum⁹ i ſublimi templatõe. Quis vnq̃ in terris ſublimi⁹ cõtemplatus ẽ q̃ ille qui totus in celũ raptus ẽ vbi imaginẽ ſancte trinitatis raptu pſpexit. angeloꝝ et hoĩm gaudiũ cõſiderauit. ecce triplex ꝓtemplatio. De q. ij. Coꝛ. xij. Scio hominẽ añ ann⁹. xiij. ſiue in coꝛpoꝛe ſiue extra coꝛpus neſcio. deus ſcit raptuꝫ hmõi vſq ad terciũ celũ. Ecce pfunda ꝓtemplatõ. Chriſ. De⁹ paulũ i paradiſuꝫ rapuit. i celũ ſblimauit ineffabilia archana patefecit. Jõ canit eccl'ia O gl'ioſum lumẽ oĩm eccl'iaꝝ ſole ſplendidi⁹ ꝛc. Et itez. Magn⁹ ſanctus paulus vas electionis. vere digne ẽ glorificãdus. Ad ꝓpoſitũ. Imitatoꝛes mei eſtote. vbi ſupra.

¶ Sermo LII. Ad idem.

Qs electõnis ẽ mihi iſte. Act. ix. Vl' ſic. Magnus ſctũs paul⁹ vas electiõis. vere digne ẽ gl'ificãdus. Iſta ſunt ꝶba eccl'ie bti pauli apl'i ꝓconſantia gl'iaꝝ. Dicit Berñ. Cũ xpi ſpõſa alterat verba foꝛtioꝝ ẽ iſta tranſpoſitio verboꝝ q̃ ꝓma. Si em̃ Dieronymi. pauli aut iacobi ꝛc. ꝶba poſita ſunt autẽtica. m'to magis ꝶba eccl'ie. Vñ tantã aucte ipſe ſaluato⁹ aſcꝑſit eccl'ie q dixit Matth. xviij. Qui eccl'iaꝫ nõ audierit ſit tibi ſic ethnicus z publican⁹. Propter qꝺ dicit Inno. papa. z habet i cano. xi. q. i. q̃s neſciat. Quis neſciat q ab oĩbꝫ debꝫ obſuari qꝺ romana obſuat eccl'ia. z Aug. li. vi. ꝯ Fauſtũ. Ego euãgelio nõ crederez niſi auctas eccl'ie me ꝓmoueret. Et ſctũs Tho. i. ij. q. ix. Maximã auctem hꝫ eccl'ia q̃ ab oĩbꝫ ẽ emulãda. Et plus eſt ſtandũ auctoꝛitati eccl'ie q̃ auctꝝ Gregoꝛij. Dieronymi vel Auguſtini. ꝓpter quod dicit Bꝛe. Pctm̃ paganitatꝫ incurrit q̃ eccleſie ſancte ꝑ inobedientiã ꝯdicit. ideo ꝛc. k

In ꝓmiſſis ꝶbis btũs paul⁹ a tribꝫ ꝓmẽdat. Primo ab excellẽtia ſctitatis. ibi. magn⁹ ſanctus paulus. Scꝺo a plenitudie gratioſitatis. ibi. vas electiõis. Tercio ab honorificentia dignitatis. ibi. vere digne ẽ gl'ificãd⁹. De ꝓmo dicit Magn⁹ ſctũs paul⁹. Pro q̃ ſcien dũ multa ſunt exercitia ſiue virtutes ꝑ q̃ ſiue ꝑ quas magni apud deuꝫ fieri poſſumus

¶ Primo ꝑ dei timoꝛẽ. Judith. xvi. Qui timent te magni erũt apud te ꝑ oĩa. i. hic et i futuro. hic in gra z in futuro i gloria. Tal' fuit btũs Paulus cũ ꝓſtratus ſenſit dei plagã audiuitq̃ vocẽ. Saule ſaule q̃d me ꝑſeq̃ris.

timuit ⁊ rñdit. Dñe quid vis me facere. ita iã ꝓsensit i voluntatẽ dñi. ⁊ hoc opabaꝫ timor. Prou. xv. Timore dñi oĩs hõ declinet a malo. Jõ dr Eccl. ij. Qui timẽt dñm req̃runt q̃ bñplacita sunt ei. ⁊ iterꝫ Eccl. xv. Qui timẽt dñm faciẽt bona. ꝑpter qđ dic̃ ps. cxlvi. Bñ placitũ ẽ dño sup timentes eũ. Idcirco docuit Thobias filiũ suũ Thob. iiij. di. Memẽto fili q̃m vitã paupꝫ gerim⁹. habebis ml̃ta bona si timueris dñm. ⁊ recesseris a pcõ. ⁊ feceris bona. Bern̄. In veritate cõperi nil ita efficaꝫ ad gr̃am ꝓmerendã. nutriendam ⁊ conseruandã sicut timor dñi. Dicit idẽ. Cõnexa sunt timor ⁊ religio. vnũ nõ stat sine reliquo Et sic Paul⁹ Act. ix. ⁊ legit i hodierna epl̃a. Tremẽs ⁊ stupẽs cogitãs de plaga Pharaonis. timẽs si non obediret: forte maior plaga eum peteret. Et hoc nõnunq̃ euenit subito plagare iniquos et nõ innocẽtes. vt declarat ipe saluator Lu. xviij. Cecidit turris i syloe. ⁊ occidit. xviij. hoies. ⁊ dixit ihesus. Putat⁊ q̃ ipsi. s. hoies debitores fuerũt. idcirco i plaga q̃ maxime cognosce pctã tua. time et dole et pctã relinque. Cassiod. sup ps. Quis percussio diuina aut ẽ purgatio vite ꝑsentis. aut initium pene sequẽtis. Qui inter flagella nõ emẽdat: pena hui⁹ hic inchoat ⁊ ibi nõ terminabitur. Et sic meliorauit se btũs Paulus dicẽs Quid me vis facere. Aug̃. Paratus parauit se ad obediẽdũ q̃ ꝑus seuiebat ad ꝓsequendũ. Et hoc opabaꝫ i eo timor dñi. ¶ Secõ efficit hõ magn⁹ ꝑ diuinũ amorem. De q̃ Aug̃. Talis ẽ vnusquisq̃ q̃lis ẽ sua dilectio. sed q̃ valde diligit magn⁹ ẽ. q̃ nihil diligit nihil ẽ. Opa em̄ nr̃a meritoria erũt et ꝑmiatoria ꝑm dilectionẽ. De q̃ Aug̃. Nõ numerositas operũ. nõ diuturnitas tẽpor̄. sed maior charitas auget meritũ ⁊ ꝑmiũ. ¶ Sed di. q̃ est ratio q̃ meritoriũ esse stat i charitate. Rñdeꝫ ꝓmo. q̃ ꝺtinet deũ. i. Joh. iiij. De⁹ charitas ẽ ⁊ q̃ manet i charitate in deo manet ⁊ deus i eo ¶ Nõ deus est adeo magn⁹ q̃ dicit ps. cxlvij. Magnus dñs: ⁊ magnitudinis eius nõ est finis. Secõ cõtinet oẽs virtutes. Ull̃ ꝓhs. Qui habet vnã virtutẽ. s. charitatẽ: hz oẽs. Nã sicut de⁹ ꝺtinet in se oia vt dicit Diony. Deus ẽ summũ bonũ sine quo nihil ẽ bonũ. Et sic charitas ꝑm Hugonẽ oĩm virtutũ tenet ꝓncipatũ. ⁊ excludit oĩa vicia. i. Lor. xiij Charitas nõ inflaꝫ. nõ emulaꝫ. non inuidet. sed oĩa mandata implet. q̃ plenitudo legis ẽ dilectio. Ro. xiij. Tercio q̃ charitas cõtinet ꝓcipationẽ oĩm meritor̄. Bern̄. Charitas ẽ virtus largiflua q̃ facit oĩa ꝺmunia. Breg̃. Nõ tuũ ẽ ꝑ laborẽ hoc meũ ꝑ amorẽ. Subdit idẽ. Pensent igiꝫ inuidi quantũ bonũ sit charitas. que sine labore aliena ꝓpria facit. Bern̄. O charitas quãta ẽ tua virtus. nemĩnẽ spolias: ⁊ oĩa rapis. nulli aufers sua: et oĩa facis tua. Hãc habuit sctũs Paul⁹. De quo Chrys̄. Sicut i ignẽ ferꝫ missuꝫ totũ fit ignеum. ⁊ sic Paulus igne charitatis fuit succẽsus. q̃ ꝑ se scribit Ro. viij. Quis nos sepabit a charitate dei. tribulatio. an angustia. an fames ⁊c. scio ⁊ certus sum q̃ neq̃ mors neq̃ vita ⁊c. Aug̃. Volẽdũ q̃ horrida tormenta apl̃m nõ potuerũt a charitate dei separe. ⁊ nos ocios fabula ⁊ vilia vicia sepant. Ideo Ephe. v. Imitatores mei estote filij charissimi. et ambulate i dilectõe. q̃ dicit Aug̃. Quãto i hoc mũdo maior dilectio: tãto i futuro maior retributio. Jõ Col̃. iij. Sup oĩa habete charitatẽ q̃d ẽ vinculũ ꝑfectiõis. ¶ Tercio efficit hõ magn⁹ ꝑ hũilitatis decorẽ. Bre. Quãto i ocul̃ nostris sum⁹ humiliores: de tãto in ocul̃ dei maiores. vt habeꝫ de Saul cui Samuel ex pte dei dixit. i. Reg̃. xv. Nõne cũ paruul⁹ esses i ocul̃ tuis caput i tribubꝫ isr̃l factus es. sicut dicit saluator Luc̃. xviij. Qui se humiliat exaltabit. Bern̄. Quãto vnusquisq̃ sibi vilior tãto i oculis dei ꝓciosior Et sic sanctus Paulus. i. Lor. xv. Ego sum mĩm⁹ apl̃or. q̃ nõ sum dignus vocari apl̃s. Et iterꝫ Eph̃. iij. Mihi oĩm sanctor̄ minimo data est gr̃a dei euãgelizare i gẽtibꝫ. Ecce dicit se mĩmũ. cũ tñ habeꝫ Roma. xv. q̃ a hier̄m ꝑ circũituꝫ vsq̃ ad illiricũ mare repleuit euãgelio dei Et in virtute humilitatis nõ solũ dicit se mĩmũ sed etã abortiuũ. vt habeꝫ. i. Lor. xv. Nouiss̄ime tan q̃ abortiuo visus ẽ ⁊ mihi. Ad hanc humilitatẽ duxit eũ ꝓncipalis respectus quẽ habuit ad pctm̄ suũ. De quo Bre. Qui peccatũ suũ examinãdo intelligit. nullũ peccatũ par suo pctõ existimat. Et quanto seipm̄ hõ magis deijcit. tãto coram deo magis ascendit. Et sic humilitate meruit Maria effici mr̃ filij dei. De q̃ Bern̄. sup missus ẽ. Audeo dicere q̃ nec ꝟginitas marie deo placuisset absq̃ ei⁹ ꝑfunda hũilitate. Sed vt placeret virginitas hꝫ ꝓculdubio fecit humilitas. hec ille. Idcirco oĩm virtutũ oblita dicit i cãtico suo Luc̃. i. Respexit hũilitatẽ ancille sue ⁊c. Sic nos decem⁹ esse hũiles. Jac̃. iij. Humiliamĩ sc̃z veraciter. nõ ficte. i ꝺspectu dei. ⁊ exaltabit vos. De q̃ Amb̄. sup Beati imaculati. Quãto q̃s abiectior i hoc seculo. tãto magis exal-

De cõuersione sancti Pauli

tabit ī futuro. Sic dicit de virgine gloriosa Bern̄. Nunq̄ sup choros angelor exaltata fuisset nisi vltra oīs homies se humiliasset. ¶ Quarto efficit hō magn⁹ p magnā passionē ⁊ tribulationē quā q̄s patit ꝓpter deū. De q̄ Amb. sup Beati immaculati. Quāto maior tribulatio tāto vberior ꝯsolatio. vt ꝑmisit xp̄s Mat. v. Beati estis cū maledixerint vob hoies: ⁊ psecuti vos fuerint ꝓpter me. gaudete ⁊ exultate: q̄m merces vr̄a copiosa ē ī celis. ps. xciij. Secōm multitudinē dolorū meor ī corde meo ꝯsolatões tue letificauerūt aiam̄ meā. Et sic post magnā penaz sequit magna glia. De quo. ij. Lor. i. Sic abundāt passiones xp̄i ī nobis. sic ⁊ ꝯsolatiões. Sic iterꝫ bn̄ magn⁹ paul⁹ dici pōt. q̄ magna passus est et multa. De quo. ij. Lor. xi. In laboribz plurimis. ī carceribz abūdāti⁹. in plagis supra modū. i mortibz frequēter. i. in piculis mortis. a iudeis q̄nquies q̄ dragenas vna minus suscepi. ter virgis cesus sum. semel lapidatus suz. ter naufragiū ptuli. nocte ⁊ die ī pfūdo marz fui. ī itineribz sepe insidiabant mihi. ī piculis latronū. ī periculis ex genere. i. iudeis. ī periculis ex gētibz. piculis ī ciuitate. piculis ex solli citudine. piculis ī mari. piculis ī falsis fratribus. in labore ⁊ erumna ī vigiliis multis. in fame ⁊ siti. ī ieiunijs multis. in frigore ⁊ nuditate. ⁊. i. ad Lor. iiij. Maledicimur ⁊ bn̄dicimus. psecutiōz patimur ⁊ sustinem⁹. Sic nos si volum⁹ magni fieri ī celo. Actu. xiiij. Per multas tribulatōes oportet nos intrare regnū dei. Greg. Bliosius est bn̄ pati q̄z bn̄ agere. ij. ad Thim̄. iij. Oīs q̄ pie voluntvicere ī xp̄o ihu psecutōem patient. Quis maior xp̄o q̄ a cunabul psecutōem passus est: vt dicit Piero. ⁊ sic nos. Joh. xv. Nō sit seru⁹ maior dño suo. si me psecuti sunt ⁊ vos psequent. ¶ Quito efficit hō apud deū magn⁹ p ꝟbi dei pdicatōz ⁊ actōz. De quo Mat. v. Qui fecerit ⁊ docuerit: hic magn⁹ vocabit in regno celor. Et sic beat⁹ paul⁹ solennis pdicator fuit. Un̄ canit eccl'ia. Doctor egregie paule mores īstrue. Isid. Egregi⁹ q̄si extra gregē positus. ¶ Nā triplici fuit pdit⁹ scientia. Prio mosayca. illā didicit Act. xxij. Ego sū vir inde⁹ nutrit⁹ sec⁹ pedes gamalie'. erudit⁹ iuxta ꝟitatē prne legis. Scdo sapientia euāgelica. illā didicit ī scholis xp̄i De q̄ Gal'. i. Notū vobis facio euāgeliū qđ nō ab hoie didici. sed p reuelatiōz ihu xp̄i. Tercio sapiētia diuina. illā didicit ī schol' angelor. q̄n raptus ē ī terciū celū: ⁊ audiuit archana ꝟba q̄ nō licēt homī loqui. Ibi Nico. de ly. dicit. q̄ pdestinationē hoīm vidit. Et q̄z triplicē sapientiaz habuit. ideo ꝑfect⁹ doctor fuit. ⁊ tripl'r verbo. exēplo ⁊ martirio pdicauit. ¶ Primo pdicauit verbo ist̄ater ⁊ laboriose. Luc. x. Nō vnū die in ocio pt̄ās sūt. ij. ad Thes. iij. In labore ⁊ fatigatōne nocte ⁊ die laborātes. Haymo. Nocte laborauit. die pdicauit. Nā a primo pullor cātu vsq̄ ad quīt̄ horā manibz laborauit. deinde pdicatōi vacabat. ⁊ plerūq̄z vsq̄ ad noctē sermonē ptraxit. ⁊ resīdnū tps ī refectōe. somno ⁊ orōnibz ꝯsumpsit. Scdo pdicauit exēplo. Leo papa. Efficacior ē vox exēpli q̄z ꝟbi. Bre. i omel'. Cum⁹ vita despicit: restat q̄ ei⁹ doctrina ꝓtemnat. Paulus nihil docuit verbo q̄n ꝯfirmauit exemplo. ad Ro. xv. Nō em̄ audeo aliq̄d loq̄ eor q̄ p me non efficit xp̄s. Et sic p se pdicauit castigatōz corporis. p se fecit. i. ad Lor. ix. Castigo corpus meū ⁊ ī seruitutē redigo. Si pdicauit castitatē. p se castitatē tenuit ⁊ cast⁹ fuit. i. Lor. vij. Volo oēs homines esse sicut meip̄m. ⁊ sic de alijs. ¶ Tercio pdicauit martyrio. q̄ ī morte trūcato capite illud mellifluuz nomē Jhs sibi medullitus complantatū tribz vicibz sonabat. vt dicit Dyoni. de trāslitu apl'or. ¶ Dixi scdo ꝓmendat a plenitudine gratiositatis. ibi. vas electōnis. Nota electio req̄rit triplicē gr̄az. s. puenientē. coopantē ⁊ cōsummantē. ¶ Primo puenientē. De q̄ Bre. xvij moral'. Si lumē pueniētis gr̄e nos nō irradiaret: pfecto mēs nostra in tenebris pctōr obscurata pmaneret. Illā habuit apl's. i. Lor. xv. Br̄a dei sum id quod sum. Aug. Gratia ē lumē aie faciens hoiem pctm̄ suū agnoscere ⁊ deū sup oia diligere. ¶ Scdo coopantē requirit electio. q̄ Joh. xv. dicit. Sine me nihil potestis facere. Aug. Nolentē dei gr̄a pueniit vt vult. ⁊ volentē subsequit vt possit. Jō Brego. in collecta. Tua nos gr̄a semp pueniat ⁊ sequat. pueniat inspirādo. sequat iuuādo. Aug. de correctōe ⁊ gr̄a. Gratie dei est q̄c quid bonū agim⁹. Et iterꝫ sanct⁹ Tho. lib. iij ꝯ gētiles. illa indiget hō. Pāc habuit paul⁹ i. Thor. xv. Br̄a dei i me vacua non fuit. Et Phil'. iij. Oia possum in eo qui me ꝯfortat p gratiā suā. ¶ Tercio req̄rit gratiā consummantē. De q̄ sanct⁹ Tho. lib. iij. ꝯ gētiles. c. clv. Indiget hō diuine gr̄e auxilio vt pseueret i bono. Illā habuit sanct⁹ paul⁹. i. Lor. xv. Br̄a ei⁹ semp in me manet. Et sic vas electōis ex triplici cā dicit. ¶ Dixi tercio cōmēdat a celsitudine dignitatis ⁊ sanctitatis. ibi

Vere digne est glorificandus. Christ. de laude Pauli. ¶ Singulor iustor virtutes excellentissime fuerunt in beato Paulo. ita vt in eo impleri potuit illud Eccli. xliij. Bñdictõez oim gentiũ dedit illi. quere de hoc supra circa finẽ primi sermonis de sancto Paulo: qui incipit. Ecce nos reliquimus omnia.

¶ Sequit sedõs sermo quasi coincidens cũ primo sermone postillari sup hac epistola Sequentẽ sermonẽ a principio nõ vidi in rapiarijs. als ambos in vnũ redegissem. hic magis doctrinalis est qz primus.

¶ Sermo LIII. Ad idem.

Quas electõnis ẽ mihi iste Act. ix. ¶ In sũma ep'le tria innuunt. Primo infirmitas Pauli. ibi. Saul⁹ adhuc spirãs. Secũdo ei⁹ sanitas mirac'losa. ibi. subito circumfulsit eũ lux. Tercio ipsius dignitas gl'iosa. ibi. vas electõis ẽ mihi iste. ¶ De primo dicit In diebꝫ ill'cũ lapidar⁹ fuit btus Stephanus i mẽse augusto. z Saul⁹ erat psentiẽs ei⁹ neci z facta ẽ psecutio magna i ecc'lia q̃ erat hirl'imis. z dispersi sunt fideles. post hꝫ q̃si ad hoc tps vt nũc. tũc Saul⁹ adhuc spirãs. Glo. i. vehemẽti spũ ignẽ psecutõis in se z i alijs sitscatabat. Et hoc fuit sigñ infirmitatis P ¶ Nota infirmitas hois ẽ piculosa q̃nqz modis. Primo qñ i corde radicat. Et sic de paulo dr. erat spirãs. i. anhelãs p odij fomitẽ. s. p incredulitatem. p malã voluntatẽ z prauam intentionẽ ctra xpianos. Ecce tria mala erãt i corde eius. Primus fuit incredulitas. Et hꝫ est malũ. vt dicit sanct⁹ Tho. i. ij. q. x. arti. iij. Peccatũ infidelitatis est maximũ. Ratio sancti Tho. Quodlibet peccatũ tanto grauius est quãto p ipm homo magis a deo elongatur. sed peccatũ infidelitatis maxime elongat hominẽ a deo. igitur maximũ. Hebre. xi Impossibile est sine fide placere deo. Radix salutis fides est. Grego. Arbor arescit sine radice. et sic opus sine fide. Abacuc. ij. Justus ex fide vivit. Ideo simus prouidi. Juxta illud Hebreo. iij. Videte fratres ne in aliquo vestrum sit cor incredulitatis. Ratio Augi. de vbis dñi. Nulle maiores diuitie q̃z fides ecclesie. Joh. xi. Si credideris videbis gloriam dei. Ecõtra, Hebre. iij. Jurauit incredulis vt nõ intrarent in requiẽ suam. Et sic valde grauis est error i fide. Aug. Sine fide falsa est omnis virtus. etiam si sit in bonis moribus. vt habet. xxiij. q. i. c. vbi. Ubi nõ ẽ fides sana ibi nõ potest esse iustícia. Rõ Aug. de fide ad Petr. Fides est oim bonor fundamentũ: z humane salutis initiũ. sine q̃ omis labor est vacuus. Illa fide caruit Paulus. z si ita mansisset eternaliter damnatus fuisset. Ideo falsum est quod aliqui dicunt i sua fide quemlibet saluari in deuz z gentilẽ. Athanasius. Nec est fides catholica quã nisi quisq̃z fideliter firmiterq̃z crediderit: absq̃ dubio in eternũ peribit. Joh. iij. Qui incredulus ẽ nõ videbit vitã eternam: sed ira dei manebit sup eum. ¶ Secundo infirmitas ẽ periculosa quãdo p totũ corpus exterius diffundit. Et sic infirmitas anime Pauli fuit Primo i ore. ibi. minaz. Secũdo i manibus. ibi. cedis. Tercio fuit in pedibꝫ q̃ accessit ad principes sacerdotũ. vt impleret in eo illud Isa. i. A planta pedis vsq̃z ad verticez nõ est in eo sanitas. Et sic hodie graue est pctm̃ infirmitatis anime. grauius autem peccatũ fit cum ab extra diffundit verbo vel opere. De q̃ Cassiod. sup ps. Culpã geminat qui facinora cogitata diuulgat. vt aliqui sunt de quibꝫ dicit Isa. iij. Pctm̃ suũ q̃si sodomã pdicãt. Prouer. ij. Letant cũ malefecerint: z exultãt in rebus pessimis. Isido. de sum. bono. Maioris culpe est manifeste peccare q̃z occulte. Talis dupl'r reus est. Primo q̃ peccat. Secundo quia primũ scandalizat. Matth. xviij. Ue homini illi p quẽ scandalũ venit. ¶ Tercio infirmitas est periculosa cum ignorat. ꝺ quo Aug. sup ps. lviij. Nõ est insanabilior eo q̃ sibi sanus videt. Et sic Saulus. i. Thimo. i. Ignorãs feci i incredulitate mea. Sed nõ fuisset excusatus p illaz ignorantiã. ¶ N Nota dicit Alexander de halis in suo tercio, Duplex est ignorãtia. s. facti et iuris. Primo ignorãtia facti ctingit fieri dupl'r. aut homo adhibet diligentiã. z sic excusat a toto. vt cõ cubitus Jacob cũ Lya Ben. xxix. Aut non adhibet diligentiã. z sic excusat a tãto sz nõ a toto. vt Lamech occidentis Cayn cuz putauit se occidere feram Ben. iiij. Alia ẽ ignorãtia iuris i his que de iure tenet scire hõ. vt legem nature: pcepta dei. Quod tibi vis fieri fac alijs. Glo. i. velle debes alijs fieri qꝺ tibi fieri vis. Et q̃ discernũt fidẽ: vt principales articulos. Illa adhuc ẽ dupler. quedã vincibilis. quedam inuincibilis. Inuincibilis excusat a toto: vt i fatuis qui nõ ex culpa sua insatuant. Et etiã in vtentibꝫ rõne cũ faciunt diligentiã. Aug. Nõ reputabit ad culpã quod

inuit⁹ ignoras. sz qđ timere negligś. Si autẽ vincibił illa ẽ duplex. aut est simplex. i. ex negligẽtia. aut affectata. i. ex malicia. Si ex negligẽtia excusat a tãto: sed nõ a toto. Si aũt est affectata. i. ex malicia q̄ põt q̄rere z hre instructores. z nõ vult. illa a nullo excusat. pś. xxxv. Noluit intelligere vt bñ ageret. Jdeo Aug. Nõ ois ignorãs immunis est a pena. Ille ignorãs excusari poterit q̄ qđ disceret ñ inuenit. nõ illi qui inuenientes a quo discerẽt operã nõ dederũt. Greg. Aliud est nescisse aliud scire noluisse. Primũ ẽ negligẽtia. Secundũ est malicia. Tales alleuiare ꝺscientiã suã nõ pñt ex ignorãtia. Quia dicit Bern. ꝺ duodecim gradib⁹ humilitatis. Frustra sibi ex ignorãtia blãdiunt qui libẽter ignorãt vt liberius peccẽt. De talib⁹. i. Lor. xiij. Ignorãs ignorabił. Hre. z habeł. xxxviij. di. q. ea. Qui ea q̄ dei sunt nesciũt a dño nesciunt. Et licet talis ignorãtia mala ẽ omnib⁹ adultis z piculosa. vt habeł ibidẽ. xxxviij. di. c. ignorãtia. Ignorãtia est cunctor⁹ errorũ mater. Et neminez excusat. nec iudeos qui xp̃m venisse ignorãt. attamẽ sacerdotib⁹ maxime est damnabilis qui alijs ducatũ pbẽt. De quib⁹ Isa. xlvi. Jpi pastores ignorãt intelligentiã. z sic de iudeis. Matth. xv. Sinite eos: ceci sunt z duces cecorũ. Et si cecus ceco ducatuz prestat ambo in foueã cadunt. Luc. vi. Tũc imprebił in eis illud Greg. i. moral. Stultus i culpa fiet sapiẽs i pena. Et sic fuisset de Saulo. Hre. Error ꝺũ ver⁹ credił difficulter emẽdatur ¶ Quarto infirmitas ẽ periculosa qñ illud recipił p quod ifirmitas roborał. Et sic Saul⁹ accessit ad pncipes sacerdotũ. z petijt epł'as i Damascũ. nõ vocatus. sed seipm ingerẽs volũtate nocẽdi inflãmatus accessit ad synagogas. vt si quos inueniret huius vie. qz pauci fuerũt. viros aut mulieres vinctos perduceret in hirlm. Et sic hodie aliqui licet incausis sciunt se hre iniusticiã. tñ assumunt i ptãte ꝺstitutos in iuuamẽ. Arist. in pol'. Se uissima ẽ iusticia que habet arma. Et sic fuit in Saulo. ¶ Quinto infirmitas ẽ periculosa cũ medicus ꝺtemnił. z sic Saul⁹ psecutus est xp̃m. vt patet i textu. Audiuit vocez Saule saule q̄d me psequeris. s. i mẽbris meis. q. ꝺ. grauis est infirmitas. qz medicũ contemnis. medicinã nõ appetis. Cũ scribił Ecclí. xxxviij. Da locuz medico: z nõ discedet a te. qz p operã eius tibi est necessari⁹. Subdit Duz ẽ tibi contra stimulũ recalcitrare. i. potẽtiozi te resistere. Job. ix. Quis restitit ei z pace habuit. q. ꝺ. nullus. Et sic est oĩis peccator in mortali peccato. qz p̃m Aug. Peccare ẽ deũ inhonorare. Q̄ q̄z duz z periculosuz ẽ h̃ vt hõ existat i mortali crimine. qz talis ẽi ira dei. Eccli. xij. Altissimus odio habet pctõres Modo duz ẽ esse in ira illius sine q̄ nequaq̄ conseruari possumus. nec i corpe nec i aĩa ad momentũ. Bern. Sicut necessario indigemus ꝺditorem ita ꝺseruatore. Aug. Sicut hõ ex nihilo factus ẽ. sic ad nihilũ tẽderet nisi deus manu regiminis eũ ꝺseruaret. Jdcirco pctõ nõ ẽ ꝺmouẽdus. qz valde ꝺtrariał ei ps. v. Dñe nõ volẽs iniquitatẽ deus tu es. R̄ Ex multis p̄t ostẽdi q̄ ei summe displiceat pctm̃. Primo ex hoc q̄ tot milia angelor⁹ ꝓpter pctm̃ de celo eternaliter puniendos detrusit. Secꝺo p̃mos parẽtes nr̃os cũ omnib⁹ posteris suis de paradiso expulit. z eos a celesti hereditate pl⁹ q̄z ad. v. milia annor⁹ exclusit. Tercio totũ mũdũ p diluuiũ pire fecit dẽptis octo homib⁹. Hodie infinita mala ꝓpter pctã homib⁹ euenirũt. Jtẽ nullũ gen⁹ sacrificiũ deo placet i crimine mortali neq̄z sacrificiũ. Isa. i. Quid mihi de multitudine victimar⁹ vestrar⁹. ne offeratis sacrificium frustra nã solẽnitates vr̃as odiuit aĩa mea. Nõ ozõnes vestras. ibidẽ. Cũ multiplicaueritis p̄ces vestras nõ exaudiaz vos. qz man⁹ vr̃e. i. opa vestra plena sunt sanguine. i. pctõ. pś. l. Libera me de sanguinib⁹. i. ꝺ pctis. Hre. Perpẽdite pctũ malũ. qz etiã illa p q̄ pctã laxanł i peccatis abijciunt. Jdeo Grego. Nulla bona a deo acceptanł q̄ malor⁹ admixtione maculãtur. Secꝺo duz ẽ pctõrib⁹ ab infra. qz infernus ẽ eis apertus. Isa. i. Dilatauit infernus aiam suã: z fortes descenderunt in eũ. Jdeo pś. xxx. Erubescant impij z deducanł in infernũ: muta fiãt labia dolosa. Propter hoc etiã ꝺz Isa. v. Ue vobis qui trahitis iniquitatẽ in funiculo vanitatis. q. ꝺ. Nõ valẽtes periculũ vr̃m aduertere. z quasi vinculũ plaustri pctm̃. Tercio duz est ab intra ratione remorius conscientie. Sap. xvij. Timida conscientia dat testimoniũ ꝺdemnatõi. pś. xli. Abyssus abyssum inuocat. Glo. Abyssus ꝺscientie inuocat. i. ꝺat. abyssum cõdemnatõnis eterne. Aug. Dis inordinat⁹ animus ẽ sibijpsi pena Dec pena est vermis. De quo Isa. vlt. Vermis eor⁹ nõ morieł. Hre. Nõ ẽ grauior pena q̄z remordes ꝺscientia. Jsido. Quocũq̄z hõ fugit cõscientiã fugere nequit. ad Rom. ij. Testionij phibẽte ꝺscientia cor⁹. Quarto durum ẽ ab extra. s. a fragili vita que ẽ pendens

q̄si gladius in filo puo. De quo poeta. Omnia sunt hominū leui pendentia filo. Et subito visu que velociter ruunt. Eccli. xxxi. Qua si rumphea bis acuta omnis iniquitas. quia corpus z animā scindit gladius diuini iudicij. z iusticia cum gladio minat. ps. vij. Nisi uersi fuerit gladiū suū vibrabit. Hic gladius pēdet i filo. i. i breui vita. Job. xiij. Breues dies hominis sunt. numerus mensiū eius apud te est. Nō stat i ptāte nostra q̄diu volumus viuere. Idcirco dux est z periculosum i peccatis iacere. Quinto dux est. et hoc quo ad futux exōni pte. quia puat hoiez celesti iocunditate. z obligat ad eternā damnatōez i corpe z anima. De quo Athanasius. Nec est fides catholica. i. quiuis obligat hoc credere inter cetera. q̄ qui bona egerūt in charitate. s. pfecuerāter. ibunt in vitaz eternā. qui vo mala. z q̄ sine pēnitētia decesserūt. in ignē eternum. s. cū corpe z anima. z hoc post vniuersale iudiciū. ps. ix. Cōuertent pctōres in infernū: oēs gētes q̄ obliuiscunt deuz. O dura res vicium. Et hoc est quod dicit Gamfredus in poetria sua noua. Pessima res vicius: nil eque pernicioſum. Ideo Orosius. Plus est vitanda peccati feditas q̄ quelibet tormentorū immanitas. Anſ. Amara z mala res ē peccatū. faciles habet actus. sed valde difficiles exitus. ¶ Dixi secūdo subiungit sanitas ei⁹ miraculosa. De quo subdit textus. Cuz iter faceret. s. cuz epistolis. contigit vt appropinquaret Damasco. z subito circumfulsit eum lux de celo. ¶ Dicit sanctus Tho. i. iij. q. cxiij. ar. viij. Quattuor requirunt ad iustificationē pctōris. Primo infusio gre. hoc habuit sctūs Paulus. et tangit ibi. lux eū circūfulsit. i. gra vel diuina illuminatio. Aug. Gratia ē lumen anime faciēs hominē peccatū suū cognoscere. Hugo sup tractatū angelice hierarchie. Quid est dei gratia nisi diuina illuminatio. Et Greg. Nisi gra diuini respectus nos illuminaret mēs nostra in pctōruz tenebris remaneret. Ideo ps. xij. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiaz in morte. s. criminali. Osee. xiij. Perditio tua ex te. salutio ex me. i. ex mea gra. Scdo requirit motꝰ liberi arbitrij in pctm z eius enormitatē vt ei pctm displiceat. Hoc Saulꝰ habuit. et hoc tangit ibi. cadēs in terrā. Glo. In terrā cadere est peccata que quis omisit ex terreno amore cognoscere et de eis dolere. Quid prodest petā cognoscere ex lumine gre cū hō etiaz ea nō detestet z dolet. cū dicit Piero. Nulla culpa delebit nisi tristicia anpiet. Ideo subdit in textu. tremens z stupens. Erat em litteris imbutus. cogitās de plaga Pharaonis. timēs si nō obediret q̄ maiori plaga eum peuteret. z sic timore correptus ē. Eccli. i. Timor dñi expellit pctm. Sic igitur multotiēs euenit q̄ dns vnā terrā plagat vt cetere timeāt. z in timore a peccato cessent. Prouer. xvi. In timore dñi omis homo declinat a malo. sic pater corrigit vnuz filium vt ceteri timeant. Luce xiij. Cecidit turris in syloe z occidit. xviij. dixit Jhs. Putatis q̄ ipsi tm debitores fuerūt. nisi pēnitentiā egeritis oēs peribitis. Idcirco in plaga quā deus pmittit facit te maxime cognoscere peccata tua z dolere. Cassiod. sup ps. Omnis pcussio diuina aut ē purgatio vite psentis. aut initiū pene seqntis. q̄ nō emēdat inter flagella pena ei⁹ hic inchoat: ibi nō terminat. Et sic emendauit se Paulus z doluit. Roma. ix. Tristicia mihi est z doloz continuus cordi meo. Hugo de sancto victore. Tunc salus pctōrum incipit cū veraciter p delictis ingemiscūt. Tercio requirit motꝰ liberi arbitrij in deū vt sit nostre volūtatis cū diuina voluntate cōformatio. Hāc habuit Paulus. z tangit ibi. Dñe q̄d vis me facere id est nō meā voluntatē sed tuā facere paratꝰ sum. Aug. Mox parauit se ad obediendum qui prius sequebat ad psequendū. Et sic docemur nos Eccli. vij. A voluntate tua auertere. Bern. Grāde malū est voluntas ppria. vt sit bona nō sit tua. sed dicamus. Fiat volūtas tua dñe. Bern. Quid odit deus aut punit nisi ppriā voluntatē. Dicit sctūs Tho. i iij. dist. xvij. Omino nō pōt tolli culpa nisi reordinet volūtas fm diuinā volūtatē. Piero. Quantū ppriae voluntati subtraxeris tantum virtuti addideris Quartū est peccati remissio. hec sequit illa tria. z finis iustificationis. Et hoc fuit i beato Paulo. pter q̄d dicit in epla. Vas electiōis ē mihi iste. In hoc terciū principale ptis eple tāgit. s. ei⁹ dignitas gliosa. ¶ Sciēdū btūs paulꝰ merito vas electōnis dicit quadrupliciter. Primo vas singularis gre. Secundo doctrinalis sapiētie. Tercio mirabil' patientie. Quarto vas diligibil' vel amabilis effluentie. Primo dicit vas singularis gratie. O magna et singularis gra quaz deus ei contulit q̄ illum qui adhuc i volūtate z actu psequēdi extitit tā mirabiliter z psonaliter ad se vocauit Talem gratiā alijs apl'is nō exhibuit. Licet em nō erāt sequētes. tm nō psequētes vt Saulꝰ.

quẽ sic miraculose ꝛ pfectissime ꝛuertit. Tũc potuit locũ habere illud Eccli. xliij. Vas ad mirabile op⁹ excelsi. Nã vt dicit Ro. v. Ubi abũdauit delictum supabundauit et gratia. ¶ Sed di. si dñs faceret mihi ita etiã cõuertere. Rñdent doctores. nõ ẽ opus nũc miraculose agere. q; nũc fides creuit. ido sicut plãte nouelle pfundunt in ꝓncipio. nõ aũt post/q; radicate sunt. Et sicut p filum acus inducit. sic fides p miracula Jtẽ nõ ẽ opus ꝓpter meriti diminutõem. q; dicit Bre. Fides nõ habet meritũ vbi humana rõ pbet experimentũ. Aug. Magnũ ꝓdigiũ q; toto mundo credẽte nõ credit. Sz nũc vocat dñs p flagella inspiratões ꝛ pdicatões. vt supra dictus est paulo. Surge ꝛ ingredere ciuitatẽ. i. vnitatẽ eccl'ie. ibi dicet tibi q̃d te opteat facere. Nã sicut nõ i tenebris sed i luce cognoscit via. ꝛ sic nõ in peccatis ꝛ inter petõres. Joh. xi. Qui ambulat in die nõ offendit. q; lucez videt. q̃ ambulat in nocte. s. peccati. offendit. ¶ Secundo fuit vas doctrinalis sapiẽtie. Ecc. xv Replenit eum dñs spiritu sapientie ꝛ intellectus. Triplici nãq; sapiẽtia fuit pdit⁹. s. mosayca. angelica ꝛ diuina. Et ꝑm hoc triplr p/dicauit. verbo. exemplo ꝛ martirio. q̃re hoc in pcedẽti sermone vbi dicit. q; hõ fit magnus p verbi dei pdicatõz. sic de eo dicit Chrys. i libro de laude Pauli. Nil erat ab eo desidera/bile nisi deo placere. Modo vt dicit Greg. Nullũ deo tale sacrificiũ sicut zelus aiarum. Hoc Paulus quesiuit Phil'. iij. Nõ quero datũ sed fructũ abundantẽ i rõne. i. in aia rõnali. ¶ Tercio fuit vas mirabilis patiẽtie ꝓpter multiuariã passionẽ. ꝛ notatur ibi. Ego ostendã illi quanta oporteat euz pati p me. ¶ Vbi nota. eius patiẽtia ꝛ mẽtis constantia patet in triplici genere passionuz q̃ patienter tolerauit. Primo p assumptã corporalẽ passionẽ. i. afflictionẽ a seipso. ij. Chorin. xi. In ieiunijs multis. in vigilijs. fame ꝛ siti ꝛ nuditate. in labore. in erumna. i carceribus Scdo p mentalẽ compassionẽ. ꝛ hoc tripliciter. Primo p ecclesiaz dilatatõe ꝛ profectu fidelũ. ij. ad Chor. xi. Preter illa que intrinsecus sunt quotidiana sollicitudo oim ecclesiaz. Chrys. Omnes ad salutẽ dilexit ac si omnes genuisset. Secundo p infirmoz relevatõe. ij. Chor. xi. Quis infirmat et ego nõ infirmor. Chrys. Nullus intantũ deplangit ppria sicut Paulus aliena. Tercio p aliozũ tribulatiõe. ij. ad Chor. i. Sive tribulamur p vra exhortatõe. sive cõsolamur p vra cõsolatõe. ¶ Tercio i illata passione ei⁹ patientia ostẽdit. ij. ad Chor. xi. A iudeis q̃nquies q̃/dragenas vna min⁹ suscepi. ter virgis cesus sum. semel lapidat⁹. ter naufragiũ pertuli ꝛc. Et itez. ij. ad Chor. i. Nolo em̃ vos ignorare fratres d̃ tribulatione nostra q̃ facta ẽ i Asia. qm̃ supra modũ grauati sumus ꝛ supra virtutẽ. Sed dicit Chrys. In omnib⁹ his suis passionib⁹ sepe fuit durior. omni colũna immobilior. omni adamante fortior. nulla vi a charitate xpi separi potuit. Merito de ipso dicit verbũ thematis. Magnus sanct⁹ Paul⁹ ¶ Quarto fuit vas diligibilis vel amabilis effluentie. fuit em̃ igneus i charitate. Chrys. Sicut ferrum in ignẽ missum totũ fit igneũ sic Paulus igne charitatis succẽsus quo ad deũ ꝛ quo ad primũ. Quo ad deuz Ro. viij. Quis nos separabit a charitate dei. an angustia. fames aut gladius ꝛc. Scio ꝛ cert⁹ sum q; neq; moz neq; vita neq; principatus neq; potestates. Ubi Aug. Dolendũ est q; apostolum horribilia tormenta nõ potuerunt a charitate dei separe. ꝛ nos ociosa fabula ꝛ vilia vicia. Sed quo ad dilectionẽ primoruz Ro. ix. Cupiebaz ꝛ ego anathema esse p fratribꝰ meis. i. ad tempus separi a xpo. vt intẽderet cõuersioni iudeoz ad fidẽ xpi. ꝛ ij. Corinth. xij. Ego libẽtissime impendã ꝛ supimpendar p aniabꝰ vris. ꝛ itez ad Phil'. i. Testis ẽ mihi de⁹ qm̃ cupiebã vos oẽs in visceribus ihu xpi. Et itez. i. ad Thes. ij. Que em̃ ẽ spes nra aut gaudiũ aut glorie corona. nonne vos añ dñm nrm ihm xpm. vos glia nra estis ꝛ gaudiũ. Ecce oms simul ad salutẽ ferventissime dilexit. Et videbat sibi singulare gaudiũ ꝛ solatiũ ex hoc resurgere. Tantã habuit dilectionẽ ad primos q̃ dicit Chrys. in supranoiata aucte. Nemo intantum dilexit amicos sicut Paul⁹ inimicos. Modo dicit Aug. Non numerositas operuz. nec diuturnitas tẽpoz. sed maior charitas auget meritum. Ideo de ipso dicere possum⁹ cũ ecclesia verba thematis assumpta. Magnus sanct⁹ paulus vas electiõis. vere digne glorificandus. Glorificãdus vtiq; ꝓpter decorem virtutũ ꝛ excellentiã meritoz. Nã dicit Chrys. d laude pauli. Nil prius errauit qui Paulũ putauit quoddã insigne virtutũ dixerit ꝛ spualẽ padisum. vbi sunt vniuersa genera floz. i. virtutũ. Exẽplificat Chrys. ipm extollẽdo. q̃re i sermone primo ptis materie vbi supra.

¶ De festo purificatiõis Marie virginis.

¶ Sermo LIIII

Postquaz iple ti sunt dies purgatōis Marie Lu.ij. ¶ Introductō. Festū ꝟ ginis btē pluries i anno celebrat qz festuz ali cui⁹ alteri⁹ sancti ℟ Et hꝫ pcipue ppter qt tuoz. Primo ppter magnā dei pplacētiaz. vt dicit Fortunat⁹ i vno ꝟmone. Frati⁹ ē deo ob sequiū qđ matri et⁹ impēdit z offert qz qđ cui libet sctō z dirigit. Propter qđ dicit Hiero. Si pphico ore dñm i sanctis suis laudare iu/ bemur. ml̄to ampli⁹ i virgine gl̄iosa. de q̄ san/ ctussanctoz pcessit ¶ Secdo ppter ipsius di gnitatē z excellentiā. Un̄ de ea pōt dici illud Eccl̄i. xlij. Exaltate eaz qz̄tūcūqz potestis. qm maioz ē omni laude. Aug̃. Quid nos tātilli. qđ nos aīo pusilli. qđ i eius laude digne refe ramus. cū z si oīm nr̄m mēbra verterent i lin guas null⁹ ea plene laudare sufficeret ¶ Ter cio ppter pmū fiduciā. Un̄ Hiero. de proga tiuis beate ꝟginis. Magis remunerat deus cultū q mr̄i sue beate virgini impēdit qz qui si bi ꝛtumlibet vel cuilibet sanctoz ministrat. ¶ Quarto ppter nostrā indigētiam. Aug̃. Dignū est z iustū vt quā tot vicibꝫ i nostris necessitatibꝫ inuocem⁹ vt ea sedulis bñficijs z obsequijs z laudibꝫ honorem⁹. Dicit em̄ se dulius in suo carmine. Scio q dudum cele stia ac terrestria ad inuicē corruissent: si non ea Marie gr̄a sustētasset. Ideo hodierna so lēnitas quattuoz habet noīa. Primo dicit fe stū excellētis oblatiōis. hodie em̄ xp̄s dei fili⁹ oblat⁹ est in templū. De quo Bern̄. i hodier/ no sermone. Hodie sistit creatoꝛ terre fruct⁹ sublimis. hodie placabil⁹ z deo placēs hostia virgineis manibꝫ offert in templo. ppter qđ i introitu canit illud ps̄. xlvij. Suscepim⁹ de us misericoꝛdiā tuā i medio templi tui. Se/ cundo dicit festū deuote obuiatiōis. Hodie em̄ Symeon z Anna deuotissime obuiaue/ runt xp̄o. z gl̄iosa virgo Maria z Joseph eti am fecerunt nobilissimā pcessionē. z sic dicit festū ypopanti. i. deuote obuiatōnis. Tercio dicit festū potētis illustratiōis. Hodie em̄ ve rus dei filius Jh̄s xp̄s reuelat⁹ est. hodie lux mūdi in tenebꝛis illuxit. ppter quod z hodie cādelas ardētes portamus. Quarto dꝛ festū voluntarie purgatōis. Virgo em̄ bñdicta de nigna ac humili. mera z libera voluntate nō necessitate seruauit legē purificatiōis. de quo patebit in pcessu. Et sub hoc noie festuitat⁹ sonāt ꝟba themat⁹ vbi supra. ¶ In summa verboꝛum p̄sentis euangelij duo breuissime tangunt. Primo pcepti legalis libens obser uatio. ibi. postqz impleti sūt. Secdo Syme onis iusti gaudēs obuiatio. ibi. z ecce homo erat in hirlm. ¶ De primo dicit. Postqz iple/ ti sunt dies purgatōis Marie ꝟm legē moy si. Audist⁹ supra q ꝟns festū qtuoꝛ hꝫ noia oīa illa i serie p̄sentis euāgelij ꝟm ordinē expli canf. Primo dicit festū volūtarie purgatōis hoc tāgit ibi i ꝑncipio euangelij. i. postqz im pleti sunt dies purgatōis Marie ꝟm legem Moysi. In lege mosaica pceptū fuit Leuit. xij. q mulier q pepisset suscepto semine īmun da esset. vij. diebus a ꝑsortio hoīm si pareret masculū. et vltra trigintatres dies abstineret ab ingressu tēpli. z duplicabāt dies post par tū femine ¶ Rō qr mlier duplex pctm̄ ꝑmisit. iō duplici pena punita fuit. Prio ipa supbiuit. ideo de⁹ eā humiliauit di. sub ptāte viri eris. Gen̄. iij. Secdo ipsa fructū vetituz comedit. iō deus eā i fructu puniuit Gen̄. iij. In dolore paries filios tuos. Et ppter hꝫ etiam post femine parturitiōz duplicabāt dies vt hūiliaret. qz dic mgr̄ i. q. sen. di. xxij. Mu lier credidit vez quod diabol⁹ dicebat. Eritz sicut dij scientes bonū z malū. Ubi Aug̃. di/ cit. Quō crederet mulier diabolo nisi esset in mēte eius supba ꝑsumptio. Adam nō fuit se duct⁹ sed mulier. nō putabat vez qđ dixit di abolus. sed vict⁹ amicabili benuolētia muli/ eris. Et sic mulier nō solū pccauit. sed virū i pctm̄ pcitauit. Un̄ Aug̃. Mlier infecta ē z infecit. decepta ē z decepit. seducta est z sedu/ xit. Eccl̄i. xxv. A mlere initū pccati. p illaz oīs morimur. Sed hodie eis nō ē hꝫ obijci endū. qz dicit Bern̄. sup missus ē. Unicqd humana natura p Eue supbiā pdidit. hoc p marie hūilitatē recupauit. Ob hꝫ tp̄s puri/ ficatōis duplicabāt ad partū femie. ¶ Sed di. vez nūc mulier teneat tēpus ac pce pto purificatōis sbiacere. z ab ingressu eccl̄ie abstinere? Rñdet Bze. q nō scribēs anglo/ ep̄o Augustino. di. v. c. i lege. vbi dicit. In le ge ꝑcipiebat vt mulier si masculū pareret. xl. dieby. si vo feminā. lxxx. dieb⁹ cessaret a tem/ pli ingressu. Nūc aūt post partū statim eccle siā ingredi nō phibet. Et subdit idē Bze. c. si mulier. Si mulier eadē die q genuit actu/ ra deo gr̄as intrat eccl̄iam. nullo pōdere pēti grauet: ne pnā vertam⁹ in culpaz. voluptas etem̄ carnis nō dolor in culpa est. Hoc idez etiā habet extra de purificatōne post partū. c. volētes Si tñ ex veneratōe aliqz diu abstiere

De purificatõe virginis marie

voluerit. talis deuotio nõ ẽ improbãda. ꝛ cõsuetudo sup ꝫ inducta ẽ cõmẽdãda. Et eadẽ rõne nec sacra munio est ei denegãda nisi ex reuerẽtia voluerit abstinere. Un Aug. Se/pe sine culpa agit qđ venit ex culpa. Un etiã cuz esurim⁹ sine culpa comedim⁹. qz culpa p̃mi hois ẽ vt esurimus. hec ille. vt habet dist. v. c. ea. ei⁹ ꝺo ꝺcubitũ. ꝛ c. sequẽti. nemo tãꝫ. Ad hãc ꝺo legẽ omino nõ fuit obligata btã virgo. qz lex dicit. mulier. qđ significat corrũptionẽ. sz ipsa fuit virgo. Etiã dicit lex mosaica. Mulier q̃ suscepto semine cõcepit. ꝛ peperit. ipsa ꝺo a spũsetõ. Bern. Quis nõ aduertit litterã esse beatã virginẽ dei matrẽ: cũ nihil in cõspectu eius immundũ. nihil impuꝛ. nihil purgandũ inueniat. nec rõne matris. nec rõne plis. De matre scribitur Cãti. iij. Tota pulcra es amica mea ꝛc. De ple Sap. vij. Candoꝛ lucis eterne et speculũ sine macula. Ideo dicit Bern. O virgo nõ est tibi opus purificatione sicut nec filio tuo circũcisione. Sed sicut xps qui fm diuinitatẽ Moysi legem dedit apparens in humanitate implere voluit. sic Maria licet purificatõe nõ indiguit. tñ tempus purificationis obseruare voluit. ¶ Primo ppter obꝺientie exemplũ. quã videlicet obꝺientiã et nos pstare ꝺebemus ecclesie. i. Reg. xv. Melioꝛ est obꝺientia qz victima. vt dicit Bern. Nõ credas aliquod bonũ placere ꝺeo quod ẽ cõtra obꝺientiam ecclesie. qz fm Gregoꝛ. Petm paganitatis incurrit qui sancte ecclesie p inobꝺientiã contradicit. ¶ Secõ ppter hoc vt a iudeis occasionẽ tolleret scãdali. als iuꝺei dixissent ꝺe ea sicut ꝺe filio Joh. ix. Nõ ẽ a ꝺeo q̃ sabbatũ nõ custoꝺit. si eã putassent trãsgredi legẽ. ꝛ sic i ea scãdalizati fuissent. vt dicit Greg. ꝛ hr. xi. q. iij. inter ꝛba. Xpus soluit tributũ p ter vitare scãdalũ. Mat. xvij. Ut nõ scandalizem⁹ eos. ꝛ itez dixit Mat. xviij. Ue homi p quẽ scandala fiũt. ppter hoc Maria tenuit tps purificatiõis. Tercio ppter ꝫ vt p/sunde humilitatis sue fructũ ostẽderet. Ber. Qui vere humilis ẽ nõ solũ vult humil dici sed ꝛ vilis reputari. sic virgo gl'iosa. Un ipa tam pura erat q̃ dicit Anb. Ea puritate niteꝫbat q̃ maioꝛ sub ꝺeo itelligi nequit. Et tñ ac si ipsa immũda esset ꝛ purificatõne indigeret seipsaz ostẽdit. Et si nõ habuisset tam pfundã humilitatẽ potuisset dicere. vt Bern. dicit i hodierno sermone. Cur abstineam ab ingressu templi. ex quo vterus meus nesciẽs virũ ẽ factus templũ spũssancti. iuxta illud ecclesie. Domus pudici pectoris templũ repentefit ꝺei. Cur nõ ingꝺiar exq̃ peperi dñm tẽpli. nil i ꝺceptu meo immundũ. nil i ptu impuꝛ. nihil illicitũ. cũ ples mea sit fons puritatis. Voluit igit nõ ingꝺi ppter hũilitatis causam. sciẽs scptũ Eccli. iij. Quãto maioꝛ es humilia te i omnibꝰ. Subdit. tulerũt illũ i hirlm ꝛc. ¶ Secõ hoc festũ ꝺr pietꝫ excellẽtis oblatõis. In ipso em ꝺei filiꝰ portabatur ad oblatõz. ꝺe q̃ text⁹. tulerũt illũ i hirlm. sz a bethleẽ. maria ꝛ ioseph. qz ibi erat locus sacrificij Et merito i hirlm. qz ibidẽ post. xxx iij. annos seipm ꝺeo patri p nobis oibꝰ i remedium offerre voluit. Ut sisterẽt. i. offerrẽt seu psentarẽt eũ dño. ¶ Sz di. illꝺ qđ alicui sp ẽ psens q̃d opus ẽ ei sisti seu pntari. sz humanitas xpi fuit sp ꝺeo psens. qz cõiuncta i vnitate psone. igit nõ oportuit psentari. Rñdet scus Tho. pte. iij. q. xxxvij. ar. iij. nõ fuit necesse xpm psentari ꝺeo ac si nõ eẽt sibi psens. sed hoc factũ est nobis i exemplũ. vt sic nõ gra sui factus est ꝺeus et hõ. sed vt nos p gram suã faceret ꝺeos. sic nõ ppter se circũcisus ẽ. sed ppter nos vt circũcideremur mente Sicz ppter nos sistit dño vt nos ꝺiscamus ꝺeo offerre. Sed quid potuit dicere Maria i hac oblatõe. Bern. O pater celestis offero tibi filiũ tuũ atq̃ meũ. a me genitũ tpaliter. a te eternaliter. offero tibi eũ hodie i ꝺodoꝛem suauitatis qui seipm offerre venit p totꝰ mũdi peccatis. Nã veniet tps q̃ nõ portabitur manibꝰ ẋgineis sz brachijs crucis. offero tibi illũ qui ẽ sacerdos. sacrificiũ ꝛ templũ. De quo Aug. in li. ꝺe fide. Ipse sacerdos p quez sacrificiũ offert q̃ ẽ templũ in quo reconciliatus sum⁹. Ezech. xlvij. Uidi aquã egredientẽ ꝺe templo a latere ꝺextro. q. ꝺ. offero tibi illũ q̃ se nõ offert sub tecto. nõ in templo iudaico: sz i excelso crucis ligno. De q̃ oblatione dicit ps. xxxix. Oblatõz ꝛ holocaustũ voluisti tũc ꝺixi ecce venio. Offero tibi ꝺez sacrificiuz ꝛ acceptabile p qđ oia sacrificia veteris legis sunt figurata. De q̃. i. Lhoz. x. Omia i figura cõtingebant illis. De qua etiã Simon ꝺe casia. Agn⁹ qui pfiguratus ẽ ab oꝛigine mundi oblat⁹ ẽ i fine mũdi. Bern. Maria vltra ait O pater veniet tps vt nõ redimeꝛ ere alieno aut agno. sed alios redimet sanguine pprio. nõ redimeꝛ quinqz siclis. sz alios redimet q̃tqz vulneribus rubicũdis. Amb. Marie vita ẽ oim nostꝛ exemplaret ꝺisciplina. Ipsa oblata fuit a parentibꝰ i exemplũ. ipa obtulit filiũ. ipa obtulit ꝛ seipaz vt nos ita facerem⁹.

est.ne delinit⁹ muneribꝫ.allect⁹ obsequijs so/uet viciosa.ergo necessariū est videre vt dile/ctio que ouk ex tali affectu sic fiat vt diligat il le qui in ꝑfectis est adornat⁹.z retributō ꝑm rōem z nō ꝑm affectū impendat. Et ob hꝫ ml/tū differt charitatiua dilectio z affectio.quia ista q̄rit q̄ sua sunt.sed charitas nō querit sua ¶ Quart⁹ est affect⁹ rōnalis. Hugo. Et est hꝫ ex ꝑfectis ꝑsideratōe ouk.s.cū oculis nostris alicui⁹ hoīs virtutē videm⁹ vel famā diuulgatā mēs nra dulcedinis suauitate pfundit. Sequit ergo.hꝫ est effect⁹ cū nos audita martyrū passione suauissima deuotōne cōpungimur:z ad primi dilectionē accendimur. Ille affect⁹ est pfectior alijs.qz pcedit exemplariter ex iudicio virtutis. Ab isto affectu differt affectio charitatiua.qz ista mediante rōne ab exēplis exterioribꝫ ouk.affectio charitatiua a spūsancto ad amandū etiā pctōres inflāmat. ¶ Quint⁹ affect⁹ est spūalis.qz a spūsancto ouk vel inspirat.z hic est triplex.qz qñqz imittitur a spū maligno.qñqz a spū humano.qñqz a spūsancto. De spiritu maligno oriunt affectiones viciose. Unū Hugo.qñ inclinat aliquez ad vicia. Illo affectu amon filij⁹ Dauid impzobe siue sozoris thamar exarsit in amplexus. Istū quoqz affectū misit demon in cor iude vt christum traderet. Isto affectu inclinamur ad queqz turpia. Unū Osee.iij. Spūs fornicatōis decepit eos. Ex spiritu aūt humano tam innato qz etiā p exercitia studiose acq̄sito oriunt q̄qz affect⁹ amorosi ad summū bonū diligendū.qd est summe appetibile.et fit q̄si silis affectōni charitatiue vel gratuite.vt etiā si acceptat fit maxim⁹ grad⁹ charitat⁹.de quo Joh⁹.xv. Animā suā ponat q̄s p amicis suis. Similes gradus ex puris naturalibꝫ inueniunt multi ascendisse. Unū Aug.de ciuitate dei.li.iij.narrat.q multi vtilitatē reipublice ppzie vite ꝓponebāt. Et exēplificat hꝫ Tullius li.i.de offi.c.ij.dicens. Duo erant ꝓcepta platonis notata volētiū reipublice esse. Primū vt vtilitatē ciuiū sic tueant.vt q̄cūqz agāt ad eā referāt obliti cōmodoꝝ suoꝝ. Secōz vt totū corp⁹ reipublice tueant principaliter:ne aliquā ptē foueret z alterā derelinqret De spū aūt diuino affect⁹ charitat⁹ infundit.vt patebit infra.licet i meritis differt a ꝓdictis.tñ in multis etiā ꝓuenit cū eis.ꝑpter qd difficile ē distinguere inter illos.s.charitatiuam.naturalem.z acquisitā ꝑpter sil'itudinē actuū Tñ differūt. Primo q̄tū ad originē.qz charitas gratuita a solo deo infundit Roma.v. Charitas dei diffusa est in cordibꝫ nr̄is p spūmsanctū. Naturalis aūt p naturā innascit.z altera p exercitiū acquirit ¶ Secōdo differunt q̄tū ad subtilitatē.qz charitas gratuita est vnificatiua purior z feruētior.qz nūq̄z est sine spūsancto q̄ dat in ea.neutra aūt illaz viuificat. Tercio differūt quātū ad formalitatē.qz charitas alias ꝑfectes informat z pficit. Ambro. Utraqz illaz manet informis z imperfecta sine ista. Quarto differūt quantū ad finis capacitatē.qz charitas gratuita spūm humanū a culpa educit.in gram ꝓducit.ad verū finem ꝓducit.ad eternā beatitudinez inducit. Unū Raban⁹ in quodā ſmone. Charitas est ignis in meditatōe mentē purificans a sordibus vicioꝝ. Prouer.x. Uniuersa delicta operit charitas. Est lux in orōne mentē irradians claritate virtutū. Uel in gratiaz actōne.mentem dulcorans dulcedine diuinoꝝ beneficiorum. vinū in ꝓtemplatōe mentē inebrians iocunda delectatōe,sol in eterna beatitudine mentē clarificans serenissimo lumine:suauissimo calore:sz nulla istaz est talis:nec naturalis:nec acquisita nisi charitas gratuita. ꝑ ¶ Dicere quibꝫ signis charitatiua affectio a deo inspirata cognoscit. Rñdet ſm Thomā. Charitas gratuita habet silitudinē cū dilectōe naturali z acq̄sita.io ñ possum⁹ p certo scire charitatē gratuitaz. Ratio ꝓma.qz charitas importat diuinā acceptionē q̄ nos latet. Eccl.ix. Nemo scit an amore vel odio dei dignus sit. Secūda rō.qz intellect⁹ noster obumbrat⁹ carne ebes est ad spūalia cognoscendū. Sap.ix. Corpus qd corrumpit aggrauat aiam:z terrena inhabitatio dēmit sensum.charitas aut tē spūale est.io hō certitudinaliter nescit ipaz se habere. Tercia qz silitudo actuū naturalis z acq̄site charitatis hꝫ impedit.qz ratio est iudiciū dei:q̄ vt humiliemur ordinauit q̄ in nobis sunt fore occulta ne d̄ nob⁹ psumam⁹.quā uis habere psentiā charitatis sit necessariū ad salutē.non tñ scire se habere. ¶ Nota q̄t sunt ꝓiecture z signa q̄ oriunt ex actibꝫ charitatis. Et sunt ſm triplicē statū hoīm.s.incipientiū proficientiū z pfectoꝝ. Propter qd dicūt sancti doctores. Aliqua sunt signa charitatis iā genite. Aliq̄ iā robzate. Aliqua charitatis p fecte. Dicit nanqz Aug.sup epl'az Joh⁹. Charitas nascit.nata nutrit.nutrita robzat.robzata pficit. Charitas habet se vt herba vl semen. De q̄ Marci.iij. Semen ꝓiectū in terrā primo generat herbā.deinde spicaz.deinde fructū.z sic fuit charitas i beato petro. Primo

erat herba cū dixit. si oportuerit me mori tecū nō te negabo. sed post hꝫ fuit spica in aduentu spūssancti. z ptulit fructū q in die pentheco/stes conuertit circiter tria milia hoim. Nā habe tur de pe. dist. ij. q. i. Qui hec. Nemo repēte fit summꝰ. sz in bona conuersatōne q̄ sine charitate nulla est ab infimis inchoat vt ad magna p/ueniat. Idcirco videndū est de signis charita tis genite siue infuse seu incipientis. Et dicit Bern. in ser. de oib sanctꝭ. q quatuor sūt signa charitatis genite. ¶ Primū est dolor de cul/pa pterita. vt habet de pe. di. ij. c. charitas. Si ne charitate verā ctritionē qs hr̄e nō pt. q̄ ad ueniente peccatuz displicet homini. qz chari/tas z culpa mortal' opponunt. iō simł stare ñ possūt in eadē volūtate. sz qñ charitas appro pinquat tūc culpā p dolorē ctritionis remo/uet. qz dicit Aug. omel. viij. sup Joh. Radix oim bonoꝝ est charitas. sic radix oim malorꝝ est mali cupiditas. igit stare simł nō pñt. eo q habet. i. Joh. iij. Qui i charitate manet i deo manet. Modo pctōr nō manet in deo. i. Jo/han. iij. Qui facit pctm̄ ex dyabolo est. Qua/les fuerūt iudei Joh. viij. Vos ex pr̄e dyabo/lo estis. qz desideria pr̄is vestri vultis facere. sez pctm̄. Dicit nāqz Bre. Qui adhuc p illici ta desideria defluit. pfecto deū nō amat. Jdeo ps. xcvi. Qui diligitꝭ dñm odite malū. i. pec catū. Prouerb. x. Uniuersa delicta opit chari tas. s. p ctritionē quā inducit. z ctritio ōm in ducit charitas debet eē tal'. vt dicit san. Tho. pte. iij. q. lxxxvi. q homini displiceāt pcta sua oia ppter hꝫ q sunt ctra deū: nō ppter penā vl' infamiā. Nā dicit Prosper de vita ctēplatiua Charitas est volūtas recta deo cōiucta. Idcir co hō cteritꝭ ex eo q offendit deū peccatis suis ¶ Secōm signū charitatꝭ genite est firmū p/positū cauēdi futura cū affectu. Nā ppositū cauēdi oia pcta mortalia ppter deū cū affectu nec p amorē naturalē nec acq̄situz pt hr̄i sine gr̄a adiuuāte. Un̄ Aug. li. i. retractationū. c. viij. dicit. q volūtas ipa sine dei gr̄a nō liberat a futuro dyabolo. qz facta est sua pcti. licet eiz ppter libertatē arbitrij posset vitare aliqd̄ pec/catū mortale. non tn̄ ppter infirmitatē posset diu qd̄libet in cōmuni vitare q̄n in aliqd̄ inci dat. Ergo diu esse sine conscientia mortal' pecca/ti: signū est charitatis genite. Nā charitas in mente hz se vt ignis consumēs rubiginē culpe z mūdans ferz. Deq̄ Prosper de vita ctēplati/ua. Charitas est volūtas recta. igne spūssan/cti ignita: ab oib terrenis auersa. ¶ Terciuz signū charitatꝭ genite est fm Bern. delectatio in auditu fmonis dei. Un̄ Eccl. ij. Qui dili/gunt illū seruabūt verbū illi⁹. Rō. qz amātes delectant in fmonib amatoꝝ: siue sint sermo nes inspirati siue inscripti siue exteri⁹ auditi. vt ex illis capiant experimentū mutuoꝝ affe/ctuū. Chrys. Mos est amantiū vt amore su/um silentio tacere nequeāt. Un̄ Bilbert⁹ sup Cant. fmone. xv. dicit. Charitas inspiratio/ne. i. interna allocutōe nō est cōtenta. sz sacri sermonis institutōes velut clipeꝰ memoriter vndiqz apphendit. Joh. viij. Qui ex deo est ẏbū dei audit. vbi Bre. Unusquisqz se interro get an ex deo sit. s. p charitatē q̄ ad ẏbū dei affi cit. Un̄ Aug⁹. Verbū dei est pbatoꝝ per qd̄ filij dei cernunt a filijs dyaboli. Jō Joh. xiij. Qui diligit me sermonē meū ꝥuabit. dicēs cū psal. lxxxiij. Audiā q̄d loquat in me dñs deꝰ me⁹. Sed heu aliq surdi sunt vt aspides ad audiendū verbū dei. z hꝫ est signū carētie dile/ctionis dei. eo q scribit. ij. Joh. i. Omis q̄ nō pmanet in doctrina christi deū non amat. Quartū signū charitatꝭ genite z promptitu/do boni opis. De q̄ Hymon de cassia. Nescit feriari dilectio. qz charitas est maxie opatiua eo q ipa est amor suus. iō diligit oēm actū or/dinabilē in hūc finē. Brego. in omel. Amor dei nunqz est ociosus. opat magna si est. si opa ri renuit amor nō est. Et sbdit. pbatio dilecti onis exhibitio est opis. ¶ Quintū signū po/nit Ambro. in li. sil'tudinū. Et est q̄n aliqs ō defectu spūali aliorū tristat'. z de pfectu spūali letat'. Un̄. i. Cor. xiij. Charitas ñ gaudet su/per iniq̄tate. gaudet aūt veritati. Aug. Nō dolere de malo ꝓximi nō est charitas dei. Rō fm Dyoni. qz cū charitas ardor sit z virtꝰ vni tiua. ideo nititꝭ oia liquefacere z in vnū cōflare vt in ipa vniant. De q̄ Greg. sup Ezech. Ec ce q̄lis est charitas q̄ diuersitates mentiū ac/cendit. cremat z cōflat liquefacit. z q̄si i vnā speciē animi reformat. qz amor est virtꝰ vniti/ua amantis cū amato. ¶ Sextū signū ponit Anſ. dicēs. Sic decet diligere deū vt nihil di ligatur pter supra vel ctra eū. Nā dicit salua tor Mat. x. Qui amat pr̄em vel matrē plꝰ q̄z me. nō est me dign⁹. sed oia diligenda sunt p pter ipm. vt dicit Aug. Qui diligit primuz saltē sancte z spūaliter. q̄d diligit deo nisi deū. ¶ Item alia sunt signa charitatis roborate sci/ue pficiētis dilectōis. z sunt q̄nqz. Primū si/gnū charitatis roborate est conscientie frequēs discussio z examinatio: nō solū de peccatꝭ mor talibꝫ sed etiā venialibꝫ. Ratio. qz sicut chari tas genita seu incipiēs opponit pcto mortali

ita feruor charitatis. q̄ est robꝛata charitatis opponit venali. vnde ipm expellat ab aia ne spūisancto displiceat Dicit n anqꝫ Aug. Peccatū veniale licet an imā ñ occidit. tñ quibus dā postulis horrida scabie deformem faciet. Quapropter robꝛata charitas oēs officinas mētis visitat illuminat ꝛ mūdat. de quo Grego. Charitas robꝛata nec minimā possidet peccati paleā. nec eā residere facit. sꝫ statiꝫ igne subtilissime circūspectionis exurit. Vñ Prosper de vita ꝓtemplatiua. Charitas robꝛata est oīs corruptōnis ꝛ vanitatis nescia

¶ Secūm signū est ꝓcupiscentie diminutio. qꝛ qꝫto charitas ꝛei magis augmentat in mē te hoīs: tanto magis a ꝓcupiscentia tpalium elongatur. Vñ Aug. in enchiridion. Crescēte charitate minuit ꝓcupiscētia. vbi aūt non est charitas ibi regnat cupiditas. Ambrosi⁹. Mens charitate accensa priuat ꝓcupiscētia Ex quo cognoscit ꝙ amatoꝛes mūdi ardētes in mūdiali dilectōe carent charitate ꝛei. Vñ 1. Joh. ij. Si q̄s diligit mūdū nō est charitas patꝛis in eo. Augu. Qui biberit de fluuio paradisi in eo extincta est sitis hui⁹ mūdi

¶ Tercium signū est interioꝛū sensuū exercitatio vitalis. qꝛ sicut exercitatio sensuū coꝛporaliū est signū coꝛpalis vite. ita exercitatio sensuū spūalū est signū spūalis vite. Sūt nanqꝫ quīqꝫ sensus interioꝛes. s. sensus cōmunis. imaginatio. estimatiua. fantasia. ꝛ memoꝛia. sicut q̄nqꝫ sunt sensus exteriores. ꝓpter qđ dicit Gre. in moral. Habitare in coꝛpe aiam ꝓbant vitales sensus coꝛpis. ita habitare i aia spūm ipsum ꝓbat vita spūalis. illud ex visu ꝛ auditu dinoscit. istud ex charitate ꝛ alijs ꝟtutibꝫ ꝓbatur. igit ex charitate q̄ est vita aīe. vt dicit Hugo de arra aīe. sensus interioꝛes viuificantur Ideo Bern. Fons vite charitas. nec viuere dicā qui nō habet illaꝫ. ergo exercitatio sensuū interioꝛū est augmētate charitatis signū

¶ Quartū signū est studiosa mandatoꝝ observatio. qđ sine dilectōne fieri nō pt. Joh. xiiij. Qui diligit me mādata mea ꝟuabit. ad Roma. xiij. Plenitudo legis est dilectio. Hoc signū habuit chriſt⁹. qꝛ dixit Joh. xiiij. Sicut mandatū dedit mihi pater: sic facio. Grego. Cūo quis ex charitate ꝓficeret q̄ fontē ille dilectōis nō haberet: ꝛ iā aliqliter gustaret.

¶ Quintū signū est diuinaꝝ voluptatū manifestatio. Ratio hui⁹. qꝛ amoꝛ est causa communicationis. Et ideo amic⁹ revelat ꝛ cōmunicat amico suo secreta sua. q̄si credens ea nō ponere extra se. sꝫ ꝑm qđ in eo est sicut in ipso. Amicus em̄ me⁹ est q̄si alter ego. Ait Richh. lib. iij. de ꝓtemplatōne. c. xvi. Si vis noscere qꝛ subtilitas diuinarū reuelationū sit manifestū diuine dilectōis indiciū. audi Joh. xv. Jam nō dicā vos seruos sed amicos. qꝛ omnia nota feci vobis q̄ audiui a p̄re meo. qꝛ ex magnitudine diuine dilectōis pendet mod⁹ diuine reuelatōis. vt dicit ibidē. Certū ergo tibi signū sit ꝙ dilectū tuū min⁹ diligis vt ab illo min⁹ diligaꝛ. si theoꝛicos excessus nō dū vocante sequi meueris. Ex quo patꝫ ꝙ crescēte reuelatōe crescit ꝛ dilectio. Item alia sunt signa ꝓfecte charitatis: signanter ꝓut ꝑt perfici in via. qꝛ dicit ꝓuerb. iiij. Justoꝝ semita q̄si lux splendēs crescit ꝛ ꝓficit vsqꝫ ad pfectū diē scilicet pfecte charitatis.

¶ Jō sciendū in viatoꝛibꝫ est duplex ꝓfectio charitatis. Una est necessitatis ꝛ sufficientie. Alia est priuilegiate sanctitatis ꝛ excellētie. Has pfectōnes tangit Prosper lib. iij. de vita ꝓtemplatiua: vbi dicit In hac vita ꝓfecti sunt illi q̄ ꝓfecte dum diligunt. qui volūt qđ de⁹ vult. Nullis pēnis quibus offendit de⁹ acquiescūt. ꝛ semp ad ꝟtutes diligēdas ꝛ habēdas se extendūt. In ħ ꝙ dicit q̄ volūt qđ de⁹ vult. tangit pfectionē necessitatis. De hac pfectōe scribit ꝑ Deutero. xviij. Perfect⁹ eris ꝛ absqꝫ macula coram dño deo tuo. macula. s. criminali. Ꝫ in ħ ꝙ dicit semper ad ꝟtutes se extendūt. ibi tangit pfectōez excellentie. qꝛ dicit Bern. In defessum ꝓficiēdi studiū ꝛ iugis conat⁹ ad pfectionē reputat perfecte. s. capiēdo perfectū cui nihil deest. talis erit in patria. nullo modo in via haberi potest Ergo talis pfectōis signa ħ nō querunt. Roma. vij. Velle adiacet mihi: ꝓficere nō inuenio.

¶ Ꝫ signa charitatis sufficiētie ꝛ excellentie sunt duplicia. quedā ex actibꝫ exteriorib⁹ quedā ex actibꝫ interioribꝫ: sed de vtrisqꝫ ꝑt multa signari. tñ de vtraqꝫ ad ꝑsens q̄nqꝫ sufficiēt.

¶ Primū signū extrinsecuꝫ perfecte charitatis est. si ꝓ salute ꝓximi mori q̄s sit paratus. Ratio hui⁹. qꝛ dicit Aug. in lib. de gra ꝛ libero arbitrio. Quia parua charitas nō sufficit ad implēda magna mādata. vt sunt mori ꝓ fratribꝫ: ꝛ aīas nr̄as ꝓ eis ponere De quo idē. Perfecta charitas hec est vt etiaꝫ mori ꝓ christo sit parat⁹. Augē. Volūtarie patiēdo ꝓbauit ꝙ veraciter amauit. tanto amoꝝ est altioꝛ: q̄to patiēdo morte volūtas est paratioꝛ.

¶ Secūm signū extrinsecū ꝓfecte charitatꝫ. si quis inimicos diligit ꝛ eis ꝓpter deū bene facit. qꝛ sicut dicit Hugo de arra aīe. Amoꝝ trāsformat amantē in similitudinem amati. nō solū

quantū ad silitudinē. sz etiā quātū ad opationes arduas z difficiles. Cū igit omis amator q diligit inimicos z eis bene facit: amator xi pstituit. vt habeā Mat. v. Diligite inimicos z benefacite eis vt sitis pfecti. sicut z pater vester pfect⁹ est. Hoc nō pōt fieri p quālibet dilectionē. sed solū p dilectionē pfectaz. qz dicit Aug. in enchiridion. Illa dilectio inimicoz est pfectoruz. Et Origenes sup Cantica. In exhibitione pietatis pbat magnitudo amoris Ideo illud signū verus est diligere inimicos ppter xū. ¶ Tertiū signū extrinsecū. si quis omia aduersantia gaudēter suscipit z patiēter ferat. qz charitas pfecta mentē ab amore hui⁹ vite quasi totaliter auertit. z occidendo quasi insensibilē reddit. qz penas tales z mortē cōtemnere facit. Vñ Grego. in omel. Fortis est vt mors dilectio. qz sicut mors corpus interimit. sic charitas vite eterne ab amore tpaliuz mentē auertit z occidit. z ad eterna xsideria q̄si isensibilē reddit. neqz setis q̄libet dño mori potuisset i corpe. si pus a terrenis xsideriis mori nō potuisset in mente. Vñ. i. Cor. xiij. Charitas omia suffert. Actuū. v. Ibant apli gaudentes a pspectu pcilij. ¶ Quartū signū si omibz abrenūciare quis paratus sit z sequi christū. Ratio hui⁹ signi. qz pfecta charitas omia renuit que ei⁹ officiū impediunt. Phil. iij. Omia arbitrat⁹ sum vt stercora vt christū lucrifacerē. sed tpaliū pcupiscentia maxie impedit affectū charitatis. vt dicit Augu. libro lxxxiij. questionū. q. xxvi. Charitatis venenū est species adipiscendoz ac retinendoz tpalium. z nutrimentū charitatis est minutio cupiditatis. Perfecta vero charitas est vbi nulla est cupiditas. De quo Grego. viij. moral. Ad culmē pfectionis tendūt qui exteri⁹ cuncta xelinq̄unt q̄ se reb⁹ habitis nudant. gl'ia honoris se spoliant. xsideriozq eternoz assiduitate se affligunt. De quo Aug⁹. Quantum q̄s xspicit: tm diligit. tales fuerunt apostoli. in quoz pson̄a dixit Petr⁹. Ecce nos reliquimus omia. Nā charitas pfecta nō timet pditionē tpaliū. De quo Cant. viij. Si xderit homo omnē substantiā dom⁹ sue p dilectione: quasi nihil xspiciet eā. qz charitas nō querit que sua sunt: sed q̄ ihu christi. i. Cor. xiij. Propter qd dicit Piero. Perfect⁹ christi seruus nihil q̄rit pter christū. ppter qd dixit saluator Matth. xix. Si vis pfect⁹ esse vade et vende omia xc. ¶ Quintū signū extrinsecuz Si nihil aliō q̄ solū xū timuerit. qz dicit. i. Joh. iiij. Perfecta charitas foris mittit timorem. Quod exponēs Guilhel. simone. xviij. Charitas proximi caret timore. sed charitas christi caret timore. Nec em̄ nihil penale habet. timor aūt habet penā. ergo in christi charitate non erit timor nisi filialis. q̄d em̄ timebit charitas veteres offensas. qz multitudinē peccatoz operit charitas. quid infirmitatem proprie pscientie ne recedat. nō. Nā fortis est vt mors dilectio. Cāticoz. viij. Quid temporales p christo timebit molestias finibiles. cuz nec si eterne fuerint te fatigare z euanescere poterint. qz charitas est pfectio summata pfectio. nō ideo amat charitas ne pereat. sed vellet in eternū perire penaliter q̄z privari vsu amoris eternaliter. hec ille. Ex his patet qūo pfecta charitas expellit timorem.

Sermo. LXXXIX.

Ad idem.

Accipite et mā ducate. hoc est corp⁹ meū. i. ad Corinth. xi. Audistis qūo accepere xlem⁹ h̄ venerabile sacramētū cū charitatiua affectōe. Et que sunt signa charitatis genite roborate z pfecte. ¶ Nūc igit videndū est de signis intrinsecis pfecte charitatis. Sūt em̄ quedā actōnes charitatis pfecte z intrinsec⁹ manātes a charitate. z ista sunt tāto veriora q̄to intimiora. quāto charitas est pfectior: tanto acutior ad intima ptingens. vt dicit Hugo sup. vij. angelice hierarchie. Jō interiores z pfectiores elicit act⁹. ¶ Primus signū intrinsecū pfecte charitatis sunt profunda z intima suspiria mētis. Ratio hec est. q̄n memoria rei amate intima mentis amantis tāgit: statim suspiria amorosa quasi quosdā nūcios amoris exprimit. donec eum pśentia dilecti reficiet. Grego. ij. moral. adducens illud Job. anteq̄z comedā suspiro. Dēs ad inspectionē fulgoris intimi suspiriis vegetata convalescit. qz amor charitat⁹ eā reficit. z refectio pemplationis pascit. Tepidus autē amor h̄ facere nō potest. qz nō est amor pfectus Ideo Richar. i tractatu xe charitate dicit. Intima suspiria sunt pfecte charitat⁹ signa. ¶ Secūdū signū sunt alta xsidenia. qz dicit Aug. li. xiij. confessionū. Omnia ponderibz suis loca sua petunt. grauia deorsum vt lapis. leuia sursum vt ignis. sed qd̄ est pond⁹ in corpalibus hoc est amor in spūalibz. Unde dicit ibidem Amor me⁹: pondus meū. Eo feror quocunq̄z feror. dono tuo accendimur z surgimus ferimur

Ideo amor quāto plus accendit: tanto amorosa ꝛsideria magis sursum ferunt. Nec quiescunt donec ad locū suū. s. ad amatū pueniant. Greg. viij. moral. Sancti viri ꝛsideriis eternis anhelāt. in tanta altitudine vite se ꝛleuant. vt audire iam que mūdi sunt graue ac ꝛpimens pondus sibi credant valde pēnale qđ illis interius nō sonat qđ amant. Hoc signum charitatis habuit maria magdalena. Auge. in omel. Stabat iuxta monumentū foris plorans. onerosi sunt mihi angeli. grauant me ꝛ ꝛsolantur. ego cm̄ creatore meū q̄ro. ꝛ ideo om̄is creatura grauis mihi ē ad videndum. Sñ in tractatu de charitate. Frustra exterius ꝛsolant qui dulci vulnere amoris intus vulnerant. si interi⁹ estuant talibꝫ ꝛsideriis vt iā ad vitā spirit⁹ p cruciatus anhelant

¶ Terciū signū sunt cogitationes languide Ratio hui⁹ signi. Fulgentius in quodā sermone dicit. Necesse est quo pcessit dilectōis thesaurus. id est amatū. illic sequat cogitationis affect⁹. id est ꝛsideriū amorosum. Jō veritas ait Matth̄. vi. Ubi thesaur⁹ tuus: ibi et cor tuū. Et ergo in celis thesaurizem⁹: celestia diligam⁹. Vis nosse vbi thesaurizas attende qđ amas: quid cogitas. ita thesaurū tuū ex amore cognoscēs. ꝛ amorē tuū iudicio cogitatōis tue intelliges. planuz est q̄ cogitatio fastidit om̄e aliud ab amato. Unde glosa super illud Canti. v. Adiuro vos filie hierusalē vt annūcietis dilecto. quia amore langueo. sic prema gnitudine amoris om̄ia tempalia sunt mihi fastidiū vnde langueo. Origenes. Incipientes amant. proficiētes ardent. sed perfecti languent. ergo cogitatōnes languide sunt signa amoris.

¶ Quartū signū expectationes tedioſe. Rationē hui⁹ dicit Lincolnensis sup. vij angelice hierarchie. Amore tendente in rem amatā nil velociꝰ nil acutius nil pēnetrabilius. q̄ natura sua nō quiescit donec supnaturaliter totā pēnetrauerit profunditatē ꝛ transfigent amoris totalitatē quātū potest. Jdeo q̄n cursus isti⁹ impeditur vel retardatur tota mens turbatur: ꝛ expectatōe attediatur. q̄ dicit Richar. libro. v. de contemplatione. c. xv. Amanti om̄is mora videt nimis longa et expectatio onerosa. iō clamat cū iob sancto. Tedet animā meā vite mee. eiusdē. v. Grego. iij. moral. hoc exponens dicit. Tūc pſens vita tedere. i. vilescere incipit dū diuinus amor dulcescere incipit. id est perficit. Hilbertus sermone. xi. O q̄ durū est amanti animū cū christo ꝛ mūdo diuidere. O q̄ durū est dilectōni curas pegrinas admittere. celeste secretū infestari secularibꝫ turbis. Sequit. amor ille nihil magis vult q̄ amare.

¶ Quintū signuz sunt affectiones causate ex extasi. Extasis fm Papiam est excessus mentis. q̄ sicut dicit Dyonisius in. vij. libro de diuinis nomibꝫ. Amor in deū tendens est extasim faciens. q̄ amor ille nō pmittit esse suūpsi⁹ per mentis sobrietatem. sed ei⁹ qui amat p mentis excessum. Sz illi q̄ sui nō sunt sed aliorū extra se sunt. Dicit Bernar. lib. de pceptis discipulorz circa finē. Nobis est pſentior spirit⁹ vbi amat q̄z vbi animat. hoc intelligit quantū ad conatū affectionis sue. Nunc aūt excessum nō potest facere nisi charitas pfecta que p suā pfectam inclinationē causat tendentiaz in rem amatam Unde apl'us ad Gal'. ij. Uiuo ego iā nō ego sed viuit in me christ⁹. Dyonisius ibidem dicit. Uerus amatoꝛ extasim patiēs deo viuit ꝛ nō sibi. i. ad Corin. vi. Qui adheret deo vn⁹ spirit⁹ efficit cū eo. R

¶ Nota qualiter dilectio charitativa p gradus distinguat. Augu. sup canonicā Joh̄. Nunq̄d morꝫ cū nascitur. morꝫ pfecta est. imo vt pficitur nascit. nata nutrit. nutrita robozat. ꝛ robzata pficitur. ꝛ cū ad pfectū venerit dicit. Cupio dissolui et esse cū christo. Auguſt. in quadā epla. Tanto nobis meli⁹ est. quāto magis ad deū im⁹: quo nihil meli⁹. Imus aūt non ambulando sed amando. ꝛ q̄zto habem⁹ pſentioꝛē. de tanto amorē puriorē. Jdeo videam⁹ de gradibꝫ. q̄ dicit Greg. xxij. moral. Nemo repēte fit summus: sed p gradus ad summū peruenitur.

Nota quidā incipiūt ab infimo gradu amoris gratuiti ascendendo ad gradus violentos. deinde vsq̄ ad gradus amoris seraphici. Primus grad⁹ amoris gratuiti est amor incōparabilis: qui est cōmunis omniū electorz ꝛ est infim⁹ ꝛ tante virtutis q̄ om̄e pctm̄ mortale expellit. ꝛ deū sup omnē creaturaz diligit. Et hic gradus est necessitatis. Mat. x. Qui diligit patrē vl' matrē pl⁹ q̄z me: nō est me dignus. Igitur est sup om̄ia diligendus. Anſ. Nihil est diligendū pter deum. ꝛ quicqđ diligitur debet diligi ppter deū. Ratio. In quo ē summa diligibilitas summe debet diligi. Sz in deo est summa diligibilitas. q̄ summū bonū. ergo summe debet diligi. De quo Bernardus Sicut serpens Moysi comedebat omnes serpentes magorū. sic amor diuin⁹ omnez absorbet amorē. Exemplū patet in igne materiali. qui denigrat ꝛ obfuscat rē quātucunq̄ pulcram. sic diuin⁹ amor omnē terrenā dilectōez

Istū gradū appellat Bern. sincerę amorē. qz mens isto amore deum ita sincere diligit ꝙ nihil preter ipsum vel supra ipsum: equale sibi diligit. z nihil aliud ab ipo sperat z cupit nisi solū amare sinceriter. z nihil admiscendo omnibꝫ alijs ꝛemptis. sicut fecit apls ad Phil'. iij. Omnia arbitrat⁹ sum vt stercora vt christū lucrifacerē. Hunc amorē desiderauit Aug. in lib. confessionū dicēs. O felix z secura dulcedo diuini amoris. ꝗs mihi det vt venies i cor meum: et inebries illud amore tuo vt amplectar vnū bonū in quo oīa bona. Signuz naturale est in amantibꝫ ꝙ penale est eis cū se debēt separare a familiari colloqo. Spūaliter. sic existentibꝫ in tali charitate penale est ꝙ debēt cessare a colloquio deuote oronis z intime deuotionis. Nā quotiēs ex aliqua causa extrinseca impediunt: ex hoc nō modicū meroꝛē mentis incurrūt. eo ꝙ iugiter diuinā p̄sentiaz habere desiderant. ¶ Secund⁹ grad⁹ gratuiti amoris est incontaminabilis. z est affectio cordis tante puritatis existēs ꝙ nullo affectu amoris intrinseci ꝛtaminari pōt. Et iste grad⁹ amoris transcēdit primū in hoc. qz in ꝑmo gradu omis terrena suauitas est nō appetibilis. in secundo aūt gradu omis delectatio que christū non redolet abominabilis est menti deuote. z omnē affectū excludit: nihil ꝑter christū cōcupiscit in q̄ ardescit. in q̄ quiescit. vnū sitit. vnū diligit. dicens cū ps. xxvi. Unā petij a domino hanc requirā. q. d. Cetera sunt mihi abominabilia. Hunc gradū videt attigisse apls ad Gal'. vi. Mihi mūdus crucifix⁹ est z ego mūdo. Hunc gradū bene sensit Aug. cū p̄ nimia dulcedine diuini amoris quasi fastidio duct⁹ dixit. Cur ꝯ sim in ista valle miserie. z q̄d ꝯagā ignoro. nā amoꝛ tu⁹ in me dñe ꝛcupiscentias excitauit eternas. Et idē dicit alibi Qui semel biberit de fluuio paradisi, restat vt in eo extincta sit sitis huius mundi. Hui⁹ amoris ꝓprium est ꝙ pre sui puritate ita deū caste diligit. ꝙ nihil a deo querit nisi amare pure z simpliciter ꝓpter se z ingentē bonitatem. De ꝯ amore casto dicit Aug. Quicunqz a deo ꝑter deū aliq̄d querit. nō caste querit nec diligit deum. De hoc etiā loquit Bernar. sup Cātica. Amoꝛ cast⁹ est sibiꝑpi premiū z meritum. Timoꝛ em̄ ꝑter se nō querit fructū aliuz extra se. Nā fruct⁹ eius vsus ei⁹ est. ¶ Et ꝑ ꝯ patere potest. nā si q̄ris quare diligo deū. Respondeo. qz amoꝛ su⁹ est mihi dulcis z delectabilis. Si q̄ris ꝓpter quē fructū diligo deum. Rndeo. in hoc nullū fructū requiram nisi vt dulcedinē sui amoris plene habeā. Signum aūt naturale patet in simili. Naz naturaliter amātes interi⁹ arescunt. eo ꝙ ex cordis applicatione circa rem dilectā multipliciter se spiritus exaltat. ex quo interiora patiunt exictationē. Spūaliter. Sic ex amore vehemēti diuinus affect⁹ aīe est exiccatus ab omi inclinatione cuiuscūqz delectatōis terre. solum gustando deū. De q̄ ps. xxxiij. Gustate z videte quoniaz suauis est dñs. q. d. null⁹ potest recte estimare quāta sit dulcedo diuine suauitat⁹. nisi illā per diuinum influxū demeruit gustare.

¶ Terci⁹ grad⁹ est impturbabilis: q̄ nulla re trāsitoria potest pturbari. Et ideo ille gradus amoris bene dicit impturbabilis. qz hoc solū diligit. z nihil est qđ sua volūtate priuari poterit: cū nō habet affectum ad ista transitoria Un̄ Prouerb. xij. Nō ꝛtristabit iustū quicqđ ei acciderit. ¶ Sed q̄s est ille iust⁹ quē nullus euentus ꝛtristari pt. Rndet ꝙ ille est qui cor suū totū p amorē inflāmatuz ordinat in deū. qui etiā rectus dicit Cant. i. Recti diligūt te. qz eorū desiderū pferuens erigit in deū. z nullo modo affectu obliquo ad ista trāsitoria incuruant. tales nihil ꝛtristat. nō damna rerū. nō propinquorū. nō violentia. qz ꝑm apl'm ad Roma. viij. Neq̄ mors neq̄ tribulatio ꝛc. Ratio. qz ꝓncipalis intētio aīe amorose est sic delectari in amato. quicād ꝑter preuaricationē amato accidit. nō ꝛtristat sz gaudet de flagellis sibi celit⁹ missis tanqz de veste regis. qua pater filiū suuz vestire voluit. q̄ amaritudinem trigintatribꝫ annis sustinuit Huc gradū amoris attigerat apls cū pre sua uitate diuini amoris cupiebat dissolui. Philip. i. Hui⁹ amoris ꝓprium est ꝙ solū hoc reputat malū si mens sentit subtractā diuine ꝓsentie suauitatē. z sic potest prorumpe in hec verba Origenis sup Cantica. Deu inquit quo abiit gaudiū meū. vbi latet amoꝛ me⁹. vbi est dulcedo cordis mei. dereliquisti me sal⁹ mea.

¶ Ex quibꝫ verbis innuit ꝙ mens amorosa maxim̄ habet tediū de dilecti absentia. ex eo ꝙ ꝑter eū oīe gaudiū reputat solū molestiaz z meroꝛē. qđ bene ostēdit Origen. in omelia. Stabat maria iuxta monumentū foris plorans. que ꝛsolationez ab angelis recipe nolebat. q. d. Onerosi sunt mihi angeli grauant me z ꝛsolant. ego em̄ creatorē meū q̄ro. z ideo oīs creatura grauis mihi ad videndū. Qui ꝛsonat Bernar. in tractatu de charitate dicēs Frustra nisi fallor conatur exterior consolatio amantis aīe lenire doloꝛē cuz dulce vulnus

amoris intus curari opteat. Signū autē naturale i hoc gradu pbabiliter ad cognoscēdū est in hoc. q ibi est ariditas oculoz z carentia lachrimarū. naturaliter em amorosi ex adusti one calozis humidū p sumentis siccitatē oculozū incurrūt. Ex quo spualiter informamur q anima amorosa ab affectione terrenozū sic debz esse exiccata igne charitatis q nunq̄ prore transitoria lachrimas effundet. nisi fuerint sibi diuinitus propinate. z hoc ptingit ex triplici causa. ¶ Primo ex peccatoz recordatione in vera cōtritione. vt patet in petro: q post negationē fleuit amare. Secdo ex primorū cōpassione. vt patz i ioseph: q̄ vidit fratres suos pauore cōcussos. a fletu se non potuit cōtinere. Tercio ex sponsi subtractione z celestiū gaudiū delectatione. vt patet in Thobia z anna eius vxore. que post filiū spiritās fleuit z circūibat p omes vias p quas spes redeundi videbatur. Dicit em Greg. Penale est qđ extrius nō sonat qđ q̄s interi9 amat. Sic anima amorosa p sponsi psentia debet iugiter suspirare z omes vias ardētissimis desideriis obuiare p quas se credit sue dulcedinis amplexibz reuniri. ¶ Quartus grad9 amoris est insuperabilis. z dicit amor insupabilis ideo. q nec aliqua mūdi delectatio. nec carnalis affectio. nec hostilis impugnatio ipm poterit superare. Hunc gradū attigit apls ad Roma. viij. Scio z certus sum q neq̄ mors neq̄ vita. q̄ christi amor vehemēter in deū transformat. sicut ferrū ignitū fit totaliter ignis. sic talis trās format in amorē. Et dicit charitas vulnerās. q̄ vulnerat affectionē z transfigit eā. vt mors ei9 desideriis resistere nō possit. Exemplū in maria magdalena que fuit charitate christi secunda. ita vt a christo mortuo separari ñ poterat. Unde Hugo. Facili9 erat animā ei9 separari a corpe qđ viuificabat q̄ a corpore qđ amabat. Et de hoc amore insuperabili loquit Bernar. dicēs. O insupabilis virt9 charitatis que ipm insupabilez superasti. z cui omia subiecta sunt omniū pdibz subiecisti: dū victus amore de9 nō solū homo fieri voluit sz opprobriū hominū z abiectio plebis. Ad hunc gradū amoris imitat sponsus sponsam. Cantic. vlti. Pone me sicut signaculū sup cor tuum. ¶ Et bene christus comparatur signaculo amoris duplici rōne. Prima. q̄ ex eius vita nobis lucet forma z speculum pfecti amoris. quā formā mens deuota sibi debet imprimere intime. q̄ totā vitā suaz valeat p formare amori eius. Secda. q̄ christ9 signa pfecti amoris indelibiliter corpori suo impssit. nam ad modū sigilli fuit sculptus. i capite corona spinea. i manibz z pedibz clauis durissimis pfossus. in latere lancea transuerberatus. z toto corpore fuit virgarū verberibz lacerat9. ita q̄ a planta pedis vsq̄ ad verticē nulla pars illesa pmā sit. Et reuera quicunq̄ illud amoris signaculum cordi suo bene imprimeret z intime cogitaret q̄ amare nos redemit. z q̄ feruenter z fideliter salutē nostrā quesiuit. tunc hō ad omnia illa feruenter posset affici. p que honor dei z salus proximi posset procurari. Proprium hui9 amoris est q aīa plus velit esse dei q̄ sui ipsius. De quo Augustin. in libro. lxxxiij. questionū. Cū deus magis diligit q̄ anim9. seq̄tur q homo malit esse eius q̄ suus. Ratio pm Bernar. qz presentialior est spūs vbi amat q̄ vbi animat. dicens cū apl'o ad Gal'. ij. Viuo ego: iam non ego: sed viuit in me christ9. Signū autē naturale in isto gradu est ex ceccitate oculoz que causat ex siccitate corporis. Spiritualiter. Sic oculi interiores anie amorose q̄ sunt intellect9 z affectus pfundant in corde duplici ratione. Primo totuz intra est quod mens amorosa querit z diligit. extra nihil q̄rit nihil sapit. Secūdo hoc idē fit in accessu z recessu. animus em facilius perpendit. Accedit sponsus quādo deuotōe insolita mentem tangit: recedit quādo dulcore sue pīsentie menti se subtrahit. ¶ Quintus grad9 amoris est amor infatigabilis: q̄ mentis affectū indesinēter sursum eleuat infatigabiliter feruido amore vt solum bonū diuinū z nihil aliud sibi sapiat. z verbo diuino viuat delicijs affluens iuxta sup dilectuz suum Cantico. iij. scribitur ex eorū persona. Que est ista que ascendit per desertū. i. solitudinē vite psentis. Et ascendit i secretū dei habitaculū sicut virgula fumi. scilicet supra seipam erecta. facies multa opa bona z nihil reputans se fecisse. iuxta illud Luxvij. Cū feceritz omia que pcepta sunt vobis dicite. inutiles serui sum9. Proprium huius amoris est q omē malū non sentit. z pro dilecto parum pendit omnē aduersitatem z penalitatem. Vñ dicit Bern. Utinaz ille amor nostris infigeret mentibz. vt quicq̄d diuina prouidentia nobis pati cōtulerit. hoc dulciter et totaliter sine molestia patiamur. imo de hoc potius intrinsec9 gaudeamus. et deo de hoc laudes deuotissimas exoluamus. Exemplo ceti apostolici. qui ibant gaudentes a conspectu concilij. quoniā digni habiti sunt p nomine christi ignominiā pati. qz charitas oia suffert

ma ad Corinth. xiij. ¶ Signū naturale amoris est. qz amātes cōsueuerūt de amore suo rigmos facere z cant⁹ in laudem z memoriam amati. vt ex his moueant ad crebri⁹ cogitandū de amato. vt p hoc semp habeat in memoria qui nō potest haberi per psentiam. ¶ Sic deuota aīa debet deo gratiarū actiones iugiter decantare z ei⁹ beneficia semp in mente reuolvere. dicens cū Ysaia eiusdē. lxiij. c. ¶ Miserationū domini recordabor: z laudē dicā pro oībus que retribuit mihi dom⁹ deus noster. ¶ Sextus gradus est amor insepabilis qui sic animaz cū sponso ligat. q anim⁹ amātis de alio cogitare nescit. quicq̄d enim agat quicq̄d dicat. hoc semp dormiens somniat. hoc vigilans oī hora tractat. Hoc amore ligat⁹ fuit Bernardus dicens. O ihesu summa benignitas. o mira cordis iocūditas. incōprehēsa bonitas me stringit tua charitas. Hic est ille deuotionis gradus excessiu⁹ qui aiam totā rapit in deū. nō sinens ipam suiipi⁹ esse sm Dyonisiū: sed amati. Istū videtur attigisse cum dixit. Quis mihi det vt veniam in cor meum z inebrier amore tuo z amplectar vnū bonum in quo sunt oīa. Hunc graduz videt posse/disse sponsa Canticoz. iij. Tenui eum nec dimittā donec eū introducā in domum matris mee z in cubiculū genitricis mee. ¶ Sup quo dicit Bilbert⁹. O dñe ihu qz dulce est te quere z dulci⁹ tenere. In vno pij laboris est exercitium. sed in altero pfecta leticia. Nā ipse tactus fructu nō caret. mulier em̄ euangelica felici fructu tetigit fimbriā ihu: z statim sanata est a fluxu carnal' sanguinis. Per fimbriā vestimēti intelligere debem⁹ vtutes z dona gratiarum quib⁹ christi humanitas vestita fuit. quas cū mens deuota tetigerit affectu interioris amoris restringit in ipa oīs fluxus carnalis delectationis. z homo efficit deiformis. Juxta illud apli. i. ad Corint. vi. Qui adhe/ret deo vn⁹ spūs efficitur cū eo. hoc tm̄ dictuz est sm Aug. q aīa amorosa non viuit suiipsius vita. sed vita sponsi. p amoris iura sibi vē dicat qd est sponsi. Proprium hui⁹ amoris est q ania amorosa frequenter z incessanter cogitat de amato. De quo Bern̄. Amās post rem amatā indefessis oculis circumplat. Nam sm August. Ubi amor ibi oculus. vbi dolor ibi manus. Ideo Fulgentius. Ubi dilectionis est thesaurus. ibi z cogitatōnis affectus. ¶ Signum naturale hūc gradū pbabiliter cognoscendū est inequalitas pulsus. Nā vehementer amans habet pulsuz aut nimis tardū aut nimis velocem. sm diuersas amati apphensiones. Est em̄ tardus si anxie dilecti absentia patitur. velox autem dum ex spe consequendi dilectū cor aperit z hylaratur. ex qua hylaritate spiritus inflāmatur z pulsus naturaliter excitatur. ¶ Pūales autē pulsus anime amorose sunt ei⁹ affectōes. qui veloces sunt cū gaudet de dilecti psentia. tardi autē sunt dum tristat z dolet de dilecti absentia. Assumēs illō Origenis super Canti. Heu heu quo abiit gaudium. vbi latet amor meus salus mea. ¶ Nam aīa amorosa in hac amoris anxietate est sic fixa in dulcedine dilecti q pter eū oīe gaudium molestiā reputat. Ita q dicit Bilbertus sup Cantica. Durū est amanti peregrinas curas immittere z celeste secretum infestari. ¶ Septimus grad⁹ est amor insatiabilis. q iō dicitur insatiabilis. quia mentē tanta suauitate pfundit. q gustu diuine dulcedinis satiari nō potest. sed quo ampli⁹ bibit ampli⁹ sitit. iuxta illud Eccli. xxiij. Qui edunt me adhuc esuriūt. z q̄ bibunt adhuc sitiūt. In hoc gradu aīa esse constituta cognoscit quādo ad affectū inusitatū ad quēdā gustū innominatum diuinitus intromittit. Quē gustū bene gustauit beatus Aug. cū dixit. x. confessionum. Intromittis in me quādoq̄ intrinsecus z nescio in quā dulcedinē: que si pficeretur in me nescio qd erit. vnū tm̄ scio q vita ista non erit. In hoc gradu amoris ania capit in illū abyssum diuini luminis. z in tantā suauitatez diuini amoris vt anim⁹ exteriorū omniū oblit⁹ penitus nesciat seipm. z tot⁹ transeat in deum. quēadmodū aurora a claritate solis absorbet z stilla aque multo vino infusa deficere a sero ta videtur: dū alterius saporē induit z colorē. vt dicit Bernar. in tractatu de charitate. ¶ Sicut vides in languidis nil esse vigoris. sed totus eoruz motus ex alieno dependet imperio. sic si quis ad tantū gradū pfectionis pfecerit nil iam proprium agit. nil iam pprio arbitrio relinquit. sed oīa diuine dispēsationi dimittit. Nec mirū. qz mens in tali gradu amoris sibiipi z oīb⁹ rebz creatis funditus moritur vt possit viuere soli deo. Unde vere posset dicere cum Aug. Moriar vt illi viuere queam. De quib⁹ mentibus loquit apl's ad Coloss. iij. Mortui estis z vita vestra abscondita est in christo deo. Et de tali morte pōt exponi illud Nume. xxvij. de morte moysi cui dictum est a dño. Ad me ascende ad montem istum abarim. z templare terraz z morere in monte. Ille mons eminentiam contemplationis

dēsignat. Abarim interp̄tat transitus. ꝛ significat virū ꝺtemplatiuū q̄ de meditatione transit in ꝺtemplationē. ꝛ de ꝺtemplatōe in admirationē. ꝛ de admiratōe in mentis alienatōez. ꝛ de mētis alienatōe in quandā delicatā mortem. ꝛ hoc est mori in mōte. Qui vult ꝺtemplari diuinā sapientiā: oportet cū oīa corporalia. imo ꝛ ipam rōem transcēdere. qz ſm Greg. Mens visibilibꝫ dedita videre nō potest inuisibilia. Vñ Boet⁹ de ꝺsolatōe ph̄ie. Lumen increatū nec capit sensu nec imaginatione. omnē etiā rōem ꝛ intelligentiā supgreditur. Et ex hac luce chorruscanti mens sibi defficiens ꝛ ī sui alienationē transiēs dulciter moritur cū patriarcha iacob. Jam dulciter morior ꝛ let⁹. qz vidi faciē tuā. Qui⁹ amoris prorriū est q̄ gustū internū ꝛ sapiē diuine dulcedinē tam ardēter desiderat. q̄ licet bibat. tamē sic bibendo sitim nō extinguit desideriū. qz affectus talis ī nullo gradu familiari ꝺtent⁹ est. sed semp interiora penetrans ex vi trāsformatiua amoris tantū mergit in dilectuz vt sponsus se ab ea vulneratū dicat. Canti. iiij. Vulnerasti cor meū soror mea in vno ictu oculoꝝ tuoꝝ. Nā ſm Bernar. in tractatu ō charitate Deuota ania habet oculos. vnuz quo intelligit. aliū quo diligit. ꝛ vnū cognitionis. aliuz amoris. dexter dilectio. sinister intellectio. Et dilectio bene rect⁹ dicit. qz recto aspectu in dilectū figitur. Tum qz ex sua intima penetratione p ipm dilectus vulnerat. qz vbi intellect⁹ repellit ibi iste admittit. ſ. amando. qō patet. Plus em̄ sape q̄z oportet oīes ph̄emur. ſz amare plus q̄z posse p̄cipimur. cū dicitur. Dilige dñm deū tuū ex toto corde tuo ꝛ ex tota anima tua. Vñ in canticis de amorosis mentibus. Adolescentule dilexerūt te nimis. Nā velle nimis ſm Bernar. est plus esse q̄z posse. Sicut ergo nimis dicit qō supra posse ꝛ virez acceptat. infinit⁹ quippe ꝛ im mēsus est deus. nunq̄z amor charitatis intendit vt nullus sit modus vl mensura amoris. Sic igit amans ꝛ si nimis amat posse suo. min⁹ tñ velle suo. propter qō amor ille vt Bern. dicit apparet modicus dū pgustatus q̄d delicijs amplī⁹ in desideriis exardescit. q̄ si dent ad plenitudinem nunq̄z tñ ad satietatē nō solū viatorib⁹. sicut ipis cōprehensorib⁹. ō quo ps. xvi. Satiabor cū apparuerit glia tua. ibi dicit Bernar. Per satietatē delet⁹ accipe desideriū abundantiā. nō aūt finē ipius desideriū. ꝺstat em̄ q̄ satiati nō sunt q̄ semp esuriūt. Nā ſm Bern. Satietas parit fastidiū. Fast⁹ aūt diuini dulcoris semp parit desideriū incitamentū. fames enīz aie desideriuz est. Vere beata esuries q̄ solum esurit qō semp habet. ꝛ sic amās ipo amore cruciatū facit vt nullus sit finis amoris. Proprium hui⁹ amoris est q̄ ducit vsq̄z in syon. i. ad ꝺtemplationē nudā diuine essentie cū letitia sempiterna. Et ꝺfert ſm Aug. menti indicibile gaudiū qō nec verbis exprimi pt. De quo Bre. iij. mora. Sepe amātis anim⁹ tanto ꝺtēplationis munere implet vt videre valeat qō omino loq̄ nō valet nec enarrare pōt. vt alter moyses descendēs a ꝺsortio dñi in aia ꝛ corpore aliqua signa ꝛ testimonia faciet vt in illa regione lucis fuerat. Vñ Hugo. Dū de ꝺtēplatione ꝛ secreto reuertimur q̄d nobiscuz afferre poterimus nisi lucē de regione lucis portam⁹. q̄s scire poterit q̄ ibi fuim⁹ nisi illuminati redirem⁹. si vidimus p̄s potentiā: apportem⁹ lucem timoris. si filij sapietiā lucē veritat⁹. si spiritussancti clementiā apportem⁹ nobiscū lucē dilectōis. Signū aūt naturale ꝓbabiliter h̄ cognoscendū est. q̄ si mens aliqua istū gradū attingit. tūc talis nunq̄z sciat loqui nisi dulcedinē verbi. Et q̄ in omnib⁹ desideri⁹ suis elevata ad eternā vitā. qō vsq̄z ad totā oblitiōez vite ꝓpalis trāsierit. vt dicit Bern. ꝛ sic fuit expertus Aug⁹. cū dixit. Nil me delectat nisi de te loqui. de te audire. de te ꝺferre. tuā glīaz frequenter in corde meo reuoluere. qō p̄stet nob pater ꝛ filiꝰ ꝛ spūssanct⁹ Amen.

Sermo. XC.

Ad idem.

Accipite et mā ducate. hoc est corpus meū. i. ad Corinth. xi. Audistis qūo accipere debem⁹ h̄ venerabile sacramētū cū charitatiua affectione. Nunc vero videndum est quid sequit ipam charitatiuā affectionē. ꝛ est eternoꝝ occulta reuelatio. Nam ſm Grego. xiij. ꝺfessionū. Charitas est pondus inclinās amantē ad amatū. ꝛ approp̄quare facit amato inq̄z. Nā dicit Dyonisi⁹. Quāto pinquius est amās amato. tanto veri⁹ ꝛ subtilius reuelat sibi amatū. Vnde Hugo super vij. angelice hierarchie. Qui ardentius diligunt pfundius ꝺspiciūt ꝛ subtili⁹ discernūt. ꝛ qz cautiori modo respiciūt. pculdubio euidentius cognoscūt. Idcirco q̄to eterna magis amant: tanto pfectius cognoscunt. Et sic verificat verbū Richar. iij. ō ꝺtemplatione. Ex magnitudine diuine dilectōis pendet mod⁹

diuine reuelationis. ergo merito sequit charitatiuā affectionē occulta eternor reuelatio

A ¶ Nota reuelatio eternor dr occulta. qr ñ nisi in occulto pcipit. De q̄ Hugo li. iij. de arcba noe dicit. In reuelatōibꝫ necessaria est secreta habitatio t mentis collectio siue vnio. Vñ si scrutemur scripturas: tūc vir aut nūq̄ deū locutū fuisse i multitudine inueniem⁹. sz q̄rīes voluit aliq̄d innotescere hoibꝫ nō gentibus aut pplis. sz paucis t a conuētu hoim segregatis vel p nocturna silentia. vel in cāpis. vel in solitudinibꝫ. montibꝫ t vallibꝫ se manifestauit. ¶ Sic locut⁹ fuit noe Gen. vi. t abraam Gen. xij. t Jacob in via Gene. xxviij. In somnis vidit scalaz t dñm innixū. postq̄ euigilauit dixit. Vere dñs est in loco isto. sic t moysi Exodi. iij. cū pascebat oues Jetro cognati sui sacerdotis madian. ¶ Cū mīnasset gregem ad interiora deserti venit ad montem dei oreb. apparuit dñs in flāma ignis de medio rubi. Et vidit q̄ rubꝫ ardebat t nō cōburebatur. Et ezechieli circa fluuiū chobar. t sic quasi oīmibꝫ pphetis. Et sequit. q̄d est q̄ in secreto loquit de⁹. nisi q̄ nos ad secretū vocat. t q̄ cū paucis loquit. nisi q̄ nos colligit t inueniet. sic similis est rō quare in scripturis obscure loquit. nisi vt veritas malis abscondat t bonis reuelet. De quo Mat. vij. Nolite margaritas proijcere ante porcos ne margarite porcorū pedibꝫ conculcent. B ¶ Ex his patet q̄ reuelatōes nō sunt eq̄les. qr nō oēs hoies eq̄liter a sensu abstrahunt. nec equaliter in intellectu exercitant. nec equaliter i intellectu surgum eleuant. Jō necesse fuit vt q̄busdā fierent reuelatōes sensibiliter. q̄busdaz intelligibiliter. Nā quibusdā patribꝫ fiebāt sensibiles reuelationes. vt exemplificat Dyonisius. iij. c. angelice hierarchie. sicut pastoribꝫ t q̄busdā aliis. Hec reuelatio ad intrandū eterna allicit. Scda reuelatio est intellectual. q̄ fit intellectualiter viuentibꝫ. vt filijs israel ex egipto exeuntibꝫ iaz intellectualiter ambulantibꝫ. t hec reuelatio introducit ad eterna. vt postmodū patebit. Tercia reuelatio est supintellectualis. t hec fit tm̄ mentibꝫ vnitis: t egressis de egipto t interioribꝫ deserti exeuntibꝫ vt moysi. t hec reuelatō eternitati ꝓuenit. Istas reuelationes mens pcipit q̄ in infimis t intimis stare ꝓsueuit. Item nota q̄ reuelatio sensibilis fit plebi simpliciter viuenti: de egipto tempali exire desideranti ad terrā ꝓmisse hereditatis. Et hec reuelatio vt dicit Rich. sup Apoca. c. i. sensibilis fit dupliciter. Fit em̄ q̄nq̄ p signa sensibilia. vt q̄n res vident sensibꝫ corpalibus id ē extra t absq̄ significatōe mystica. vt pharaoni: t his qui nullū sensum spūalez t mysticum intellexerūt. t hec non fuit pfecta reuelatio. q̄llis vltra sensum nō fuit reuelatum.

L ¶ Est alia reuelatio sensibilis. s. visio corpalis q̄ fit sensibꝫ exteriorib⁹. vt q̄n res videntur in q̄bꝫ latent signa mystica. q̄lis fuit facta patribꝫ veteris legis. vt abraam. ysaac. iacob q̄ mystica nouerāt. silr t moysi cū in rubo ardenti sensibiliter dñs apparēs sibi in sbiecta creatura dicēs. Ego sum de⁹ abraam: de⁹ ysaac: deus iacob. hoc nomē mihi est in eternū. In hac reuelatione sensibili ostēdit de⁹ ignez veritatis vniende cū rubo humanitatis. Nam verbū eternū ostēdit suā sensibilē denominationē. in quo ꝓiungit eterna cū tpalibꝫ. spiritualia corpalibꝫ. patriā exulibꝫ. In hoc q̄ dicit Ego sum dñs de⁹ abraam. ego in q̄t sum. q̄ est semeū est incōmutabile. hoc etiā oñdit Joh. viij. Anteqū abraam fieret ego sum. et Mat. xxij. Ego sum de⁹ abraam: nō est de⁹ mortuorū sed viuentiū. Sz nō viuūt in tpali mutabilitate. sed in eterna stabilitate. nō in corpali mortalitate. sed in spūs imortalitate. nō in exilio huj⁹ calamitatis. sz in eterna hereditate. vt egyptū corpalem t tpalem vt peregrini egrediamur. t ad terrā hereditatis ꝓmissaz patribꝫ. s. eternā beatitudinis t eternitatis anhelemur. Augustin⁹ in ꝑmone de natiuitate domini dicit. Mat⁹ est nobis christ⁹ in tpe voluntatis vt nos ꝓducat ad patris eternitatē. Fact⁹ est deus hō: vt homo fieret de⁹. Veniet igit modo nō corpaliter sed mentaliter. s. memoria cogitādo eterna. Vñ dicit Aug. iij. de trinitate. c. xvij. Cū eterna cogitam⁹ nō sum⁹ in hoc mūdo. qr cū iam transcendim⁹. Veni et etiā intellectu eterna ꝓtemplando. Sz grego. xvij. moral. In sanctis viris eternitas ingiter aspirat. Veniet etiā voluntate eterna amando Grego. Cupiora amare sursum est ire. Naz dū hō magno desiderio ad celestia inhiat. q̄ q̄d ipm capere querit iā degustat. Scda reuelatio intellectualis illa nō fit oculis carnis sz mentis. vt dicit Richar. Et fit dupliciter. Primo q̄n animus p spūm sanctū illuminat⁹ formalibꝫ rez visibiliū silitudinibꝫ t imaginibꝫ ꝓmonstratis siue ꝓsentatis ad intuisibiliū cognitionē ducitur. Et hanc Johannes in Apocalip. vidit. t Ezechiel ꝓpheta. vt dicit glosa super primū prologū Apoca. t in fine alteri⁹ prologi dicit. q̄ Johannes imagines vidit in mente t in eis veritatē intellexit. Hec reuelatio ad

misericordie. habet thesaurꝫ potētie. qꝛ potenter deū traxit: qñ ꝧtute ꝧginitatis siue ⁊ fidelitatis ⁊ hūilitatis deū in suū vterꝫ suscipere dignata est. Magna nāqꝫ potētia est vincere inuincibilē: superare oīpotentē. Vñ Cant. i. Cū rex esset in accubitu suo nard⁹ mea dedit odorē suū. in accubitu suo. i. in sinu paterno. nardus. i. hūilitas mea. Nā sicut nard⁹ ē herba parua ⁊ valde odorifera. sic hūilitas marie fuit tante potētie. vt dicit Amb. ꝙ hūanū sensum ⁊ intelligentiā excedit. Quātuz hūilitas marie meruit nō capit rō. sz fidelis professio. Itē potenter dyabolū ꝛtriuit. magna potētia est illū ꝛterere. dꝛ q̄ Job. xli. Nō est ptās sup terra q̄ equipaꝛ ei. Ipsa est Judith. c. ix. Erit memoriale nomis tui cū man⁹ femine dꝛiecerit eū. vñ ipa ꝛteret caput tuū Gen. iij. Itē cō misit ei thesaurꝫ misericordie. illū dispgit largiter. Eccl. xxiij. Uēite ad me oēs q̄ ꝛcupiscitis me. dicit notāter oēs i generali. qꝛ nō ē personaꝫ acceptatrix Gen. Maria sinū pietatis oīb aꝑit. Itē hunc thesaurꝫ misericordie impartit sapiēter. s. vbi maioꝛ necessitas affuerit. iō vocat luna: qꝛ lucet in nocte adūsitatis. cū abscondit se sol iusticie. tunc luna. i. mr̄ misericordie lucet. Jō Chrisō. Tribularer nimiū si nescirē marie patrocinū. Jō Lassio. in epla. Tu patrona hūani generis. tu ꝛsolatio afflictis tu infirmis medicina singularis. dꝛ hoc thesauro misericordie gratulat Aug. in lib. retractationū di. Scio me nō posse ꝑrire p̄ nimia pietate marie. ¶ Sextū gaudiū qđ habuit in terris est qñ vidit eū relurgentem a mortuis. Nā sicut maxime fuit ꝛtristata i eius morte: ita ⁊ pmo fm sedulū est ꝛsolata ⁊ permaxime gauisa in resurrectōe. ꝙ potuit dicere cū psal. xciij. fm multitudinē doloꝝ meoꝝ ꝛsolatōes tue letificauerūt aiam meā. Cū vidit ꝙ amara mors christi fuit ꝛuersa in vitā. amara passio ei⁹ ⁊ ꝛtumelioſa afflictio fuit mutata i gloriā. mortalitas in īmortalitatē. tūc potuit dicere illud ps. xxix. Cōuertisti planctū meū in gaudiū mihi ⁊c. ¶ Sextū gaudiū qđ nunc habet in celo est ꝙ ipsa ꝑrima est dꝛo ꝑpo filio ei⁹ ⁊ sancte trinitati. Nā qꝛto ꝙs charitate feruentioꝛ: tanto dꝛo ꝑrimioꝛ. q̄lis fuit ipa. ꝙ potuit dicere illud Cantic. v. Ulnerata charitate ego sum. Nā ipa est mr̄ pulcre dilectōis. Eccl. xxiij. Materna charitate plena. vt dicit Amb. Sicut ferrū in ignē missum totum fit igneū. sic ipa ignita fuit igne dilectōis. Jō Augu. fm mensurā dilectionis erit mensura manifestatōnis. sz ipa in summo dilexit. ideo trinitati ꝑrima est. Itē qꝛto magis ꝙs se vnit dꝛo hic: tāto ibi erit ꝑrimioꝛ ei. quis vicinioꝛ mr̄e dei in q̄ dꝛo⁹ habitauit nouē mēsibꝫ. Eccl. xxiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Jō ipa est mr̄ salomonis. iij. Reg. ij. qui surrexit ⁊ eaz ad se locauit. sicut testat Hiero. Dec est dies in q̄ ad throni celsitudinē inter merata mr̄ virgo maria ꝓcessit atqꝫ i regni solio sublimata. post ꝑpm gl̄iosa resedit. De quo Damas. Ibi mr̄ collocat vbi p̄ adorat. filius collaudat. spūssanct⁹ glorificat. ¶ Septimū gaudiū qđ habuit i terris est xp̄i ascēsio. qꝛ vidit eū in celū ascendentē: ⁊ direxit post eū eius mentē. ita ꝙ ꝛuersatio ei⁹ tota celestis erat q̄: usqꝫ impletū est ei⁹ desiderū. vt hodie assumeret in celū corpe ⁊ aīa. Ibi ipa fuit fons parui⁹ q̄ creuit in flumen maximū. Jpa est abigail q̄ venit ad dauid regē ⁊ recōciliauit eū p sapientiam suā. vt habet. i. Reg. xxv. Jpa est hester humilis q̄ est exaltata ⁊ corōnata in reginam. ¶ Septimū gaudiū qđ nūc habet in celo est ꝙ secura est dꝛ eternitate gl̄ie. dꝛ q̄ canit eccl̄ia. Hodie ꝧgo maria celos ascēdit. gaudete. qꝛ cū xp̄o regnat in eternū. Si em̄ dꝛ aliꝫ sanctis scribit Sap. v. Justi in ꝑpetuū viuēt. magis dꝛ mr̄e dei. Naz Sap. iij. O qꝫ pulcra es casta generatō cū charitate. in ꝑpetuū corōnata triūphas. multo magis ipa hodie vt in lectione legit. In syon firmata sum. Et in euāgelio Luc. xi. Optimā partē elegit maria q̄ non auferet ab ea. sic ipsa assidue sine intermissione intercedit p nobis. Vñ Albert⁹. Maria iustis ⁊ pctōribꝫ fideliter eā implorantibꝫ nūqꝫ opitulari dꝛsistit. Jō Chrisō. Nō est phas illū te dꝛserere. q̄ fiducia ponit in te.

¶ Sermo. CXVI. Ad idem.

QUe ē ista que ascendit p dꝛsertū deliciꝫ affluēs ⁊ innixa sup dilectū suū. Cant. viij. R. Sicut dño ascēdēte mirati sunt angeli. ita ascēdente dña magnā admiratiōnē habuerūt angeli qñ viderūt feminam sup chorꝛos oēs angelorꝫ exaltari. Sciebāt eiz humanā naturā ab angel' minoratā. iuxta illud ps. viij. Minuisti eū ab angelis paulomin⁹. qñ em̄ rōnalis spūs corruptibili corpi est alligatus. tūc fuit paulomin⁹ ab angel' minorat⁹ dꝛ angeli non multū mirabant. qꝛ Sap. ix. dicit. Corp⁹ qđ corrūpit aggrauat aīam. Hz ꝙ hoies pñt angelis equari hoc in veteri lege nō didicerant nec nouerant nisi in tpe gratie

in quo pñt hoies p ꝓtutū merita z p ꝗginalē mundiciā adeq̄ri angel'. Luc. xx. Eq̄les erūt angelis dei. Et h̄ sil'r nō multū mirabant.

¶ Sciendū q̄ hoies facti sunt ad honorē dei z ad dei faciē ꝛtemplandū. sed videtes humanā naturā in duabꝫ pfectꝫ psonis. s. christi z mr̄is ei⁹ sup angelos sblimari in admirationem maxime sunt cōmoti. Nā xp̄o ascendēte admirando dixerūt illud Isa. lxiij. Quis est iste q̄ venit de edom tinctis vestibus de bosra. iste formosus in stola sua gradiēs in mlitudinis fortitudinis sue. De ꝗgine aūt ascendēte dixerūt illud Cāti. viij. Que est ista q̄ ascendit de deserto delicijs affluens innixa sup dilectū suū. ¶ In summa ꝺbꝫ duo innuuntur Pmo oñdit assumptōis admiratio. ibi. Que est ista. scdo admiratōis cā. ibi. affluens delicijs ¶ Mota admiratio orta est exq̄ttuor. Pmo de psona. Que est ista que ascendit. Ad istā interrogationē rñdet Aug⁹. Mater dei ipa est regina celi. dña mūdi. porta paradisi. In hoc igit̄ q̄ dicit mater dei duo notātur. Unū est q̄ hz sup xp̄m p̄ceptū seu imperium materne autoritatis: qđ nll'a alia creatura vnq̄ habuit nec hēbit. Lu. ij. Descendit cū eis z erat subdit⁹ illis. Bern. Quis q̄bꝫ de⁹ hoibꝫ. Sicut filius hoīm hoibꝫ. sic xp̄s marie. Aug. Hoc singl'ariter ipa habuit vt videret sibi nascendo p hūanitatē subditū. quē nō soluz natura hūana: vez etiā angelica natura venerat z adorat. ¶ Mota exq̄ em̄ est dei mater sicut deū nullus sufficiēter z digne laudare p̄t sic nec matrē. Quis em̄ laudare p̄t sufficiēter eā q̄ eternū ꝓtulit verbū. q̄ suū genuit ꝺdilectorem. q̄ nobis dedit mediatorē dei z hoīm. que nob apportauit cibū angelor. Un̄ petr⁹ Damiani. Qualiter eā laudare poterit mūdan⁹ hō p transitoriū ꝗbū q̄ de se ꝓtulit ꝗbum qđ manet in eternū. Jō Aug⁹. Si oīm nr̄m mēbra verterent in linguas ꝛc. Et iō Damascē. Si laudē z gl'iam ei⁹ describere volum⁹ deficiunt nob ꝗba q̄bꝫ exp̄mere valeam⁹. Bern. Utinam mihi essent tot lingue q̄t stelle celi et oīes possem in laudē ꝺuertere genitricis dei nec minimā ei⁹ exp̄mere valerē ꝗtutē. ¶ Item nota tria fecerūt eā dignā fore mr̄ez dei. Primū est castitas ꝗginal' z singular'. q̄ ipa est ꝛpeculū ꝗginū. Ipa habuit triplicē ꝗginitatē. s. integrā: exemplarē: z trāssusam. ¶ Primo habuit ꝗginitatē integrā. q̄ cōpe z aīa. Cānti. viij. Tota pulcra es amica mea z macula nō est in te. Augu. de natura z gra. Excepta beata ꝗgine maria: oēs sancti z sancte si vi uerent z interrogarent̄ si sine p̄cto essent oēs vna voce clamarēt. Si dixerim⁹ q̄ pctm̄ nō habem⁹: ipi nos seducim⁹. Aug. Cū de pcco agit̄ prorsus de maria nullā volo hr̄e mentionē. q̄ illū ꝺcepe meruit quē nullū ꝺstat habuisse pctm̄. Nā ipa habuit arbitrū in bono ꝺfirmatū ¶ Scdo habuit ꝗginitatē exēplarem. q̄ ei⁹ ꝗginitas oīb ꝗginib fuit exēplū. Jō figurat̄ p amigdalū: q̄ inter ceteras arbores ꝓmo fruct⁹ ꝓducit. sic beata ꝝgo ꝓmo inter mlieres votū ꝗginitat̄ emisit. ps̄. Adducent̄ regi ꝗgines post eā. Nā ante ipam virginitas nō videbat̄ esse magni meriti. q̄ dabat̄ fruct⁹ centesim⁹ ꝺiugat̄. triceſim⁹ viduis. sexagesim⁹ ꝗginib. nunc vero econuerso. Jdeo Bern. Fulgida ꝗginitas est gēma ꝗtutū. germana angelor. lampas ecclesiar. lux aīarum Damas. li. iij. Quāto angel⁹ hoie sup̄ior: tanto virginitas nuptijs honorabilior. ¶ A Tercio habuit ꝗginitatē trāssusam. q̄ in alios castitatē trāssudit. licet pulcerrima fuit. tñ a nullo ꝺcupisci potuit. z talē alie virgines n̄ habuerūt. Nō Katherina quā ꝺcupiuit maxentius. nō margaretha quā ꝺcupiuit olibrius. nō agnes licet casta mente z corpe. tñ prefecti filius eā ꝺcupiuit. Diceres. vñ accidit hoc Rñdet ex tribꝫ. Pmo taliter se habebat i oībꝫ verbis factꝫ z moribꝫ q̄ nulli dabat occasiōez peccandi. sz mouebat cuiuslibet intuētis animū ad dilectōez. Scdo ꝓpter lumis claritatem. Hugo. Ardor gr̄e splendebat in mente. vt in corpe mirabilia faciebat. Hylari⁹ super Matth. Joseph cognouit sacr̄m p diuini luminis radiū. iō ipa illud scriptū Eccli. xxiiij. dicit. Quasi cedr⁹ exaltata sum i libano. Sicut odor cedri fugat serpentes. et sic splendor gr̄e int⁹ oīs mor⁹ corpales z spūales. Tercio q̄z de⁹ occultauit in ea oīa q̄ poterāt esse incitamenta ad libidinē. z dedit gram oībꝫ eā intuentibꝫ vt nō inordinate mouerent̄. ¶ Secūdū qđ fecit beatā virginē dignā matrez xp̄i est hūilitas. Un̄ ipa fatet Lu. i. Respexit hūilitatem ancille sue Aug. sup missus est in ꝛpona marie. Queris a me q̄d obtulerim munerꝫ vt mr̄ efficerer dei creatoris. Rñdit. oblatio mea hūilitas. virginitas. z fides mea. Bern. Audeo dicere q̄ nec virginitas marie sine hūilitate deo placuisset. Jdeo nō dixit se matrē dei: regīnā celi: dñam mūdi: sz ancillā. Lu. i. Bern. Nunq̄z sup choros angelor ascēdisset nisi se vltra oīes hoies hūiliasset. Amb. sup beati imaculati. Quāto q̄s abiectior in h̄ seculo: tāto magis exaltab̄ in futuro. ¶ Terciū est fir-

mitas fidei. iō cōmendat eā elizabeth de fide. Luc. i. Beata q̄ credidisti. Aug. de virginib. Beatior fuit maria accipiēdo fidē xpi q̄z carnē xpi. Nihil em̄ materna ꝓpinq̄tas fuisset nisi eū felicior corde q̄z corpe gestasset. Jō exq̄ē mater dei. tūc erga nos hz materne cōpassiōis affectū. Jō sepi⁹ dicere debem⁹. Monstra te esse tē. Et ꝓpter hmōi affectū cōpassiōis z misericordie pt dicere illō Eccl. xxiiij. Quasi oliua speciosa in campis. Ipsa em̄ hz misēdiam excedentē designatā p oliuā Nam sicut oliua supeminet oīb liquoribus. ita misericordia ei⁹ oīb aliis sctis mīatōibus. Eccl. xviij. Misericordia hoīs circa ꝓximū suuz. mīcordia aūt dñi sup oēm carnē. z sic z dñe. Eccl. xxiiij. Trāsite ad me oēs tē. Habet em̄ mīcordiaz cōmur̄ z potentē. Jō dr in cāpis ad differentiā oliuaz orator. ad q̄s nō est oīm ingressus. Bern. Sinū pietatis maria oīb aperit. si quid spei. si q̄d gre habem⁹ ex ea nouim⁹ redundare. Chrys. O ꝙgo nō est phas te posse desperare illū qui spem posuit in te. Scdo ipa est regina angelor. Angel⁹ pri⁹ dignior hoie i natura dignitate. q̄z spūs. Iz ipa eū excessit. q̄z iā regina angelor. Scdo i familiaritate. Matt. xviij. Angeli eor semp vidēt faciē p̄ris. Ipsa familiarior. q̄z ei dixit angel⁹ Dñs tecū alit q̄z mecū. Bern. O q̄z familiaris es o dña q̄z ꝓxima. imo intimis apud te manet z tu cum eo. Tercio i gre vbertate. q̄z angeli cū splēdore hñt lumē gre. hoīes in enigmate. i. Cor. xiij. Videm⁹ nūc p speculū in enigmate. ad mariam vero angel⁹ aīt. gra plena. Bern. Ita plena vt ipa excellat gram oīm sctor z angelorū. Tercio ipa est dña mundi. Eccl. xxiiij. In oīm pplo. in oīm gente ꝓmatū tenuit. Jō ad ipam tanq̄z ad dñam z augustā appellare licz siue q̄s graueť a dyabolo. siue a tyrāno. siue a corpe. siue ab ipsa veritate q̄ est fili⁹ eius. Si q̄d fuerit diffinitū siue impatū reuocat irritū z restituit in integrū. Si q̄s grauať a diabolo sicut theophilus p cirographū. ipa restituit i integrū. si q̄s a tyranno. Figuratur in Hester viij. que restituit iudeos. si q̄s a carne. vt maria egyptiaca: q̄ multo tpe carnali ꝙcupiscētie seruiuit ad dñm ꝙfugit z appellauit z ꝙcupiscentiā vicit z castitatē huauit. si q̄s a dei iustitia grauať p̄t appellare ad eā. Vñ legit in vita sancti dñici ꝙ quidā sctus vir p diuinā reuelationē vidit ꝙ cū mr̄ dñi dei filiū p humano genere exoraret. Rndit fili⁹. q̄d possum vel debeo ampli⁹ facere. misi patriarchas z pphas paz se emendauerūt: veni ad eos. dein de misi apl'os z me z illos occiderūt. misi martires et cōfessores: neq̄z illis acq̄euerūt. Sz regina misericordie ei⁹ sinīam obtempans rndit. Bone fili nō ꝓm eoz malicia. sed ꝓm misericordiam tuā agere debes. Cui fili⁹. adhuc hanc misericordia cū eis facia. quia p̄dicatores meos eis mittā. Quarto ipa est thesaurar̄ dei. Nā de⁹ posuit in ea thesauz oīm virtutū. Eccl. xxiiij. In me ois gra spes vie z veritatis. Ruth. iij. Scit ois pplus te esse matrē z mulierē virtutis. Piero. Nullo virtutū genere vacua fuit cui angelus plenitudinē gre ꝓmisit. Quinto ipa est porta paradisi. Vñ canit eccl'ia. Felix celi porta. Ipa est hec porta de q̄ Ezech. xliij. Vidi portā in domo dñi clausaz z vir n trāsibit p ea: qm̄ rex isrl' ingressus est p eam. Cant. ij. En ipe stat post parietē. i. post hūanā naturā respiciens p fenestrā. i. p mariā. p cancellos. i. vulnera. Jō canit eccl'ia. Tu regis alta ianua z porta lucis fulgida. Ite paradisi porta p euaz cūctis clausa est. sed p mariā virginē iterū patefacta. Est em̄ portaria q̄ nos suis meritis introducit. Ignaci⁹. Impossibile est aliquē saluari pcōez nisi p tuū auxiliū z fauorē. Anse. Omnis a te auersus necesse est vt intereat. Christosto. Tribularer nimiū si nescirem marie patrocinia. Dixi scdo subiūgit admiratōnis causaz: cū dicit. Que ascendit de deserto. Triplex ratio admiratōnis. Primo q̄z ascēdit de deserto. Ite q̄z delicijs affluens. Ite q̄z innixa sup dilectū suū Primo mirabant. q̄z de deserto ascendit. i. de mūdo. z dr desert⁹. i. derelictus a deo z ab angelo z ab hoie deserend⁹ vbi serpentes igniti. id est temptatōes grauesi. Joh. v. Tot⁹ mūdus in maligno posit⁹ est vñ maior ps descendit ad infernū. Alij ꝓpter appetitū ambitiosum. vt dathan z abyron: q̄ ꝓncipatū ambientes otra moysen z aaron seditionē suscitātes. viui descēderūt ad infernū. Nu. xvi. Alij p amorē diuitiaz. vt diues Luce. xvi. q̄ sepult⁹ est in inferno. Alij p amorē delitiaz. Job. xxi. Ducūt in bonis dies suos z in puncto ad infernū descendūt. Ista tria sunt i deserto hui⁹ mūdi. i. Joh. ij. Omne q̄d est i mūdo aut est ꝙcupiscētia carnis tē. Secūdo mirabant. q̄z delicijs affluēs. s. generalibus et specialib. Delicie generales sunt q̄ sunt communes sanctis. de q̄bz Aug. de ciui. dei. Ciuitas supna est in q̄ sancti dei in eternitate vigēt. in veritate dei lucēt. in bonitate dei gaudēt. Iste aūt delicie generales nobili⁹ q̄z in alijs sanctis in ipa fuerūt. q̄z iocundi⁹ gaudet z clari⁹ lucz z nobili⁹ viget. Sapiētie. iiij. O q̄z pulcra es

casta generatio. s. beata virgo. ecce iocundus gaudet ℟ eo vt ꝯgo ꝓmansit. In hoc ꝙ dicit cū claritate. clarꝰ lucet. in eo ꝙ dicit in eternū coronata triumphas: notat ꝙ nobilꝰ viget. Item habet speciales ℟licias. alie virgines ⁊ sancti habēt aureolā. ipa coronā in capite duodecim stellaꝝ. Apoc. xij. Alij sequunt in veste alba. Apocal. iij. Ambulant mecū i albis qm̄ digni sunt. Ipa est sole amicta. Apocal. xij. Signū magnū apparuit in celo. mulier amicta sole ⁊ luna sub ꝑdibꝰ eiꝰ. Alij sequūtur quocūqꝫ ierit. Apoca. xiij. Nec aūt habet luna. i. eccliam triumphantē ⁊ militantē sub ꝑdibꝰ eius. id est imperio suo. Ille cantant ꝙ ꝓseruata virginitate. hec ꝙ virginitate ⁊ fecūditate. ideo dicit. i vtero hñs. ⁊ clamabat parturiens. Mat. i. Inuenta est in vtero habēs ℟ spūsancto. Ipa est regina ℟ qua dauid ps. xliij. Astitit regina a ℟tris tuis. Nā regina habet nobiliozē situ ozatū ⁊ famulatū. Primo nobiliozē situ. qz a ℟tris. ideo. dicit innixa sup dilectū suū. Naz filiꝰ portauit matrē a qua portatꝰ est. Figurat. iij. Reg. ij. Salomō occurrit matri ⁊ iuxta se locauit dicens. Nec phas est ꝙ tibi ℟negem. ps. xv. A ℟tris est mihi ne cōmouear. Hiero. Hec est dies in q̄ saluatoz noster matri sue festinus occurrit ⁊ i solio regni resedit. Itē Damascen⁹. Ibat a creaturis ad creatorem vt intercedat ꝓ nobis vbi pater adozat. filiꝰ glorificat. spūssanctus collaudat. Scō habet nobiliozē ornatuz in vestitu ℟aurato. i. in corpe glorificato. Apoc. xij. Date sunt mulieri due ale. Augu. Dicit em ihs ℟ ministris. Vbi ego sum illic ⁊ minister meꝰ erit. si ibi maria fuerit: nunq̄d in equali gloria vbi ℟i iusticia. qz ꝑperit eū. Augu. Thronū ℟i: dñi thalamū. thesauruz christi dignioꝰ fuit reseruare celū q̄ terra. Tercio habet dignioꝰ famulatū. qz oēs angeli ⁊ sancti famulant ei. psal. xliij. Circundata varietate. s. ꝓpheraꝝ ⁊ martirū ⁊ omniū angelozū. ¶ Nā bis euacuatū fuit celū. Primo quā do christꝰ ascēdit tūc nullus angelus remansit. sed oēs christo obuiam venerūt. Scō q̄ beata virgo assumpta fuit: tunc christus ⁊ oēs angeli venerūt ei obuiā. Tercio euacuabitur in iudicio. Matt. xxv. cū venerit filius homis ⁊ oēs angeli. ideo hodie canit eccl'ia Assumpta est maria in celū ⁊c. Figuratur. ij. Reg. vi. Dauid ⁊ filij israel ꝺduxerūt archaz testamēti cū iubilo. O vere cū iubilo Lu. xv. Gaudiū est angelis ℟i ⁊c. quāto magis ꝺ ea que nullū fecit ꝑccatū. gaudet filiꝰ. qz mr̄ honoratur. angeli: qz eoz dña exaltatur. iusti. qz salus augmentat. pctōres: qz ira ℟i placatur. ps. xv. A ℟tris est mihi ne cōmouear. Ber. O pctōr securū habes accessum ad ℟um ⁊c. Hiero. in sermone de assumptōe. Hodie virgo maria celos ascendit: rogo gaudete. letetur oīs orbis. qz hodie mater ℟i venit ad regale palaciū filij. Hodie regina angeloz exaltata est sup oēs choros angeloz. Hodie dña mūdi eripitur ℟ ꝑsenti seculo nequā. Letetur oīs orbis. hodie oīb⁹ hoīb⁹ aucta est salus eiꝰ interuenientib⁹ meritis. Nā si ℟uz in sanctis laudare iubemur. mlto magis in matre. Nā sicut hec virgo incōparabilis est ceteris virginib⁹. ita hec festiuitas oīm sanctoz festiuitatū est dignissima.

Sermo. CXVII. Ad idem.

Maria optimaz partem elegit q̄ non auferet ab ea Luc. x. ¶ In ꝟbis ꝓmissis duo innuunt. Primo beata virgo cōmendatur ab excellētia ꝟtuose vite. ibi. Maria optimā partē elegit. Scō cōmendat a ꝓmanentia glozie copiose. ibi. que nō auferetur ab ea. ¶ De primo dicit Maria optimā partez elegit. Reuera optimā partē elegit maria mltipliciter. Primo in ꝑsenti quo ad castitatem q̄ habet tres partes Prima est ꝺiugalis ⁊ illa est bona. Secūda vidualis. ⁊ illa est melioz. Tercia est virginalis. ⁊ illa est optima. Vñ Cyprian⁹. Virginitas est flos germinis ⁊ ornamentū gratie spūalis. De quib⁹ Beda. Bona est castitas ꝺiugalis. melioz vidual'. optima ꝟginalis. ¶ Prima. s. ꝺiugalis est bona. i. ad Loz. vij. Si nupserit virgo non peccat. ⁊ ad Heb. xiij. Honozabile ꝺiugium thorus immaculatus. Hec est pars bona. quia habet fructū tricesimū. ¶ Scōa est vidualis. ⁊ illa est melioz. i. ad Loz. vij. Beatioz si sic ꝓmanserit. que recipiūt fructū sexagesimuz ¶ Tercia virginalis. ⁊ hec est optima. de qua Aug. Que maioz gl'ia sup terrā q̄ in carne corpoza li ducere vitā angelicā. Et Hiero. Viuere in carne ꝓter carnē plus est vita angelica q̄ humana. Hanc elegit beata virgo vt proposuit angelo Lu. i. Nūo fiet istud: qm̄ virum non cognosco. Beda. Angelo ꝓpositū sue mentis virgo reuerenter exposuit. de qua castitate loq̄tur Aug. Que ꝟgo tā casta vt esset ꝟgo postpartū. Hiero. Que castioz illa que corpꝰ christi sine ꝓtagione ꝺcepit. sine virginitatis coz/

ruptione generauit. hec sola mater z virgo permansit. ¶ Scdo optimā partē elegit quo ad puritatē. bona est puritas hūana. melior angelica. optima supangelica: infra tñ diuinā. videlicet vbi nulla ꝺsperſio pulueris pcti est. qz in vtero sanctificata. de quo Anſ. Ea puritate nitebat qua maior sub deo intelligi nequit. nā angeloꝝ transcēdit puritatē in qbꝫ pctm̄ reperit. in ea aūt nihil pcti repit. Cant. iiij. Tota pulcra es amica mea ⁊c. Est em̄ magna puritas q̄ caret mortalibꝫ pctis. maior q̄ expers est venialibꝫ. maxima q̄ sine omni pcto z sine inclinatōe ad pctm̄. z sic ipa. Bern̄. In puritate transcēdit angelos: z celestē oēm supgredit creaturā. z ꝯ nō solū ꝓbat autoritate sed z rōne. Nā quantū q̄libet creatura est deo ꝺiunctior: tanto ipam oportet esse puriorē. sed ipsa sup omēs creaturas est deo ꝺiūctior. qz dꝰ in ea: ergo purior. Itē q̄to q̄s deo familiarior tāto purior. z sic maria. Bern̄. O q̄ familiaris es dña: q̄ proxima. imo intimius apud te manet. z tu cum eo vestieris: z ex eo q̄ vestisti eius ſuba carnis. ipse vestit te glia sue maiestatis. ¶ Tercio optimā partē elegit in gre multiplicitate. bona est ps hre gram ad suppi⁹ iustificationē. maior ad alioꝝ saluatōez. optima ad oīm beatitudinē. z sic maria. De ꝓmo Luc. i. Aue gratia plena. De scdo. benedicta tu i mulieribꝫ. De tercio Luc. i. ex ꝯ beatam me dicēt omēs generatōes. Joh. i. De plenitudine eius omēs accepim⁹. Eccli. xl. Gratia dei sicut paradisus in benedictionibꝫ. Eccl. xxiij. In me omis gra vite vie z veritatis. Hiero. Ceteris sanctis p ptes gratia ꝑstatur: marie totā se infudit plenitudo gre. ¶ Quarto maria optimā partē elegit in vite pfectione. qz ducere vitam actiuā est bona ps. ꝺtemplatiuā est melior. sed vtrāq optima. z sic ipa. Jō significat p duas sorores: q̄ ducebāt duplicē vitā. Primo actiuā. Greg. sup Ezech. Actiua vita est panē esurienti tribuere. Ipa lactauit virgineis vberibꝫ deū. Anſ. Alq hospitē quēlibet. ipa dei filiū hospitauit nouē mēsibꝫ. qui conquestus fuit Mat. viij. q̄ non haberet vbi caput suū reclinaret. Alij i domo. ipa in vtero. Alij veste corpali. ipa eum carne induit. Si mercatur ille mercedē pphete qui pphetaz suscipit. Mat. x. hec vero omniū dñm pphetaz. Ipsa vinctū visitauit dū sb cruce steterit. ipa infirma mēbra in infantili etate balneauit. portauit. leuauit. ipa in morte z sepultura affuit. iō hodie legit. martha satagebat. O q̄ occupata erat. Unde ꝺ ea legit. Martha sollicita es z turbaris erga plurima. Reuera turbata cū fugit in egiptū a facie herodis. cū audiuit iudeos insidiari sibi. turbata cū audiuit gladiū ptransire aiam ei⁹. cū vidit filiū ꝛphensum illusum cōsputū crucifixū coronatū perforatū mortuū z sepultū. ¶ Itē scdo duxit vitā contemplatiuā. Bre. Vita ꝺtemplatiua est charitatē dei z proximi tota mēte retinere. z ꝯbuz dei audire feruēter. q̄s altior in isto q̄ maria. q̄ dicit Eccl. xxiij. Ego mater pulcre dilectōis Amb. Sicut ferrū in ignē missum efficit igneū. sic ipa in igne dilectōis. Ipa optimā ptē elegit. de qua Bern̄. Qui plus diligit: plus recipit. Itē dei verbū q̄s maiori desiderio audiuit. illa nō ad pedes sed ad caput sedēs vt mr Lu. ij. Cōseruabat oīa ꝯba ꝓferens i corde suo. Anſ. Quis digne loquit̄ de ea q̄ dulciter q̄ sublimiter sapiebat de deo. qz thesaur⁹ sapiētie reꝺeuit in ea. Greg. Quid de deo non sapiebat in qua sapia latebat. ¶ Quinto optimā ptem elegit q̄ ad fruendū repletionē. Bonū est hre vnā virtutē. meli⁹ multas. optimū oēs. Illā partē elegit maria. Un̄ Hiero. Illo virtutū genere vacauit cui angelus diuine plenitudinē gratie pmisit. puerb. vlti. Multe filie regū ꝺgregauerūt diuitias. tu sola supergressa es vniūsas. Sicut in compatōe dei nullus bon⁹. sic i compatōe marie nulla pfecta virt⁹. Anſ. Nil tibi o dña equale. omne q̄d est: aut supra te. aut infra te. supra te sol⁹ deus. infra te omne q̄d dꝰ nō est. ¶ Sexto optimā ptem elegit q̄ ad vitā futurā: z ꝯ in multis. Prio q̄ ad assumptionē. aliq̄ solū p vnū angelū assumitur. z est ps bona. Exo. xxiij. Ego mitto angelū meū q̄ custodiat te in via z introducat te in terrā quā pmisi patribꝫ tuis. Aliq̄ p multos z est ps melior. vt Luc. xvi. Factū est vt moreret mendic⁹ ⁊c. Tercio q̄n oēs angeli aduenient z ꝑs psonaliter p̄sens. pars optima. z sic maria. de q̄ Bern̄. Quis illō cogitare sufficit q̄z gl'iose hodie regina glorie pcessit. z ei in occursum tota celestis multitudo venit. Aug. Facta est maria corona ꝛginū. glia viduarū. exultatio ꝺiugū. victoria christianoꝝ. glia angeloꝝ. ꝺsolatrix aiaz. ianua celoꝝ. salus oīm pplorꝝ. Jō Damas. Si laudē z gliam ei⁹ scribere volum⁹: deficiūt ꝯba quibꝫ scribere valeamus. Bern̄. Christi generationē z marie assumptionē quis enarrabit. Maz quantā gratiam adepta est in terris p ceteris. tantā excellentio rē gl'iam obtinet in celis pre ceteris. Bern̄. O benedicta ois gre. q̄s altitudinē glie tue valet inuestigare. sic dicit apl's. i. Loꝝ. ij. Que occu

lus nō vidit nec auris audiuit quāta ꝑparauit deus diligentibꝫ se Quid ꝑparauit gignēti se z ꝓe oībꝫ diligenti se. Ideo canit ecclia Qua gloria in celis ista virgo colit: q̄ dño celi ꝑbuit hospitiū ꝛc. Secōdo optimā partē elegit q̄ ad locationē. Quidā in inferiori hierarchia locant. z illa est ps bona. Quidā i media z illa melior. Quidā in supiori z supza superiorem hierarchiā: z illa est optima. Supza superiorē hodie assumpta est virgo gl̄iosa. de q̄ canit ecclesia. Exaltata est sancta dei genitrix sup oēs chozos angelozꝫ. Figurat. iij. Reg. ij. Salomon occurrit matri sue z iuxta se eaz locauit ad dexterā dicens. Nec phas est q̄ tibi denegē. Ps. A dextris est mihi ne cōmouear. Hiero. Dec est dies in qua saluator festinus matri occurrit z in solio regni post se resedit. Tercio optimā partē elegit q̄ ad p̄miozū glorificationē. nā bona ps vbi aīa in celis est. melioz vbi cozp⁹ canonisatū. vt petri pauli ꝛc. z est incōpleta. optima vbi vtrūq;. z sic beata virgo maria Apocal'. xij. Date sunt mulieri due ale. z est sol⁹ xpi z beate ꝑginis. ps. cxxxi. Surge dñe in requiē tuā. tu z archa sanctificationis tue. Et hoc ꝓuenit potentie: sapiētie z clementie. vt supza.

De sancto Bartholomeo. Sermo. CXVIII.

Facta est ꝓtentio inter fratres Lu. xxij. In summa euāgelij tria innuunt. Primo discipulozꝫ carnalitas in ꝓtentione. Secōdo saluatoris fidelitas in cozrectōe. ibi. reges gentiū. Tercio p̄miozꝫ multiplicitas in p̄missione. ibi. ego dispono. De p̄mo dicit. In illo tpe. s. post cenā facta est ꝓtentio q̄s eozꝫ eēt maior. Patet⁹ experientiā vbi cozde simil ꝓueniūt dulcis reddit melodia: vbi aūt dissonāt: discrepans son⁹ efficit. sic si cozda hoīm simil existētiū ꝓuenūt in vnū est dulce melos i aure dñi. Eccl. xxv. In tribꝫ beneplacitū est spiritui meo. cozdia fratrū. amoz proximozꝫ. vir z mulier sibi ꝓsentiētes. ps. cxliij. Ecce q̄ bonū z q̄ iocundū habitare frēs in vnū. Joh. xvij. Pater rogo vt hi vnū sint. Si autez sunt discozdes. est ꝓfusus son⁹ in aure dñi. i. Lozꝫ. xi Si q̄s videt ꝓtentiosus esse: nos talē ꝓsuetudinē nō habem⁹. ij. Thim. ij. Seruū dei non oportet litigare. ps. Qui habitare facit vnanimes in domo. ¶ Nota triplex est ꝓtentio. s. viciosa: periculosa: z fructuosa. ¶ Prima viciosa. s. ꝓtra deū vt ꝓtradicentes voluntati dei vt mali. vti canis nō ligabilis. si ducit in lassa leuiter latrat z ꝓtradicit. z sic mali. Tales fuerūt filij israel Deutero. xxi. Semp contentiosi fuistis ꝓtra dñm. Sed non est cū eo ꝓtendendū. Primo q̄ potentissim⁹ nō p̄t cōtendendo superari. nec hō pōt in hoc lucrari. Job. xxix. Nunq̄d qui ꝓtendit cū deo iam facile acq̄escit. Job. ix. Quis restitit ei z pacem habuit. q. d. nullus. Eccl's. viij. Non litiges cū hoīe potentiori te. sermo ei⁹ ptāte plenus. nec ei dicere potes: cur ita facis. Eccl'i. xxviij. Abstine te a lite: q̄m fomes pctōꝝ. Secōdo sapientissim⁹. ideo op⁹ suū nō dz calūniari. ps. Omnia in sapiētia fecisti. Ecci. xxvij. Nō contendes cū viro locuplete. Tercio q̄ optimus nil mali fecit. Marci. vij. Bene fecit oīa. Dyonisi⁹. Optimi est optima facere. Jō ꝓuerb. ij. Nō ꝓtendas aduersus hoiez cuz ipe tibi nil mali fecerit. Illo mō discipuli nō ꝓtendebant cōtra dñm. vt ait Beda. sed ex humilitate vt inter se q̄rerent q̄s aptior esset ad tenēdū christi locū. Alia est cōtentio viciosa q̄ fit ꝓtra ꝓximū. z talis ozit multis modis. Primo ex superbia. puer. xiij. Inter superbos semper iurgia. q̄z superbo nō vult hre similē. Prouerb. xi. Ubi fuerit superbia ibi contumelia. Hugo. Superbia est elatio viciosa que inferiorē despicit superiorib⁹ dominari querit. Secūdo causatur ex auaricia. Jaco. iij. Undiq; bella z lites ex cōcupiscentijs nostris. Unde. xi. q. iij. ca. ira. Dñs misit apl'os p̄dicare sine pecunia z virga vt remoueretur incentiuū litis z instrumentū vltionis. Seneca. Si hec duo pnomina meū z tuū tollerent de medio omnia essent quieta. Unde in vitaspatrū. Cū duo fratres' morarētur cozditer: tandem dixit vnus. faciamus z nos litem sicut homines in mūdo Cui alter. nescio qualiter fit lis. Ad quem ille frater. pone in medio lapidez z ego dico meus. tu vero non sed meus. Posita aūt testa in medio vnus dixit meū est. z alter nō sed meū Ait ille. si tuū tolle ergo z vade. z sic cessauit contentio. Ubi aūt auaricia ibi ꝓtentio. Seneca ad neronē. Auaro deest tam q̄d habet q̄z q̄d nō habet. Secōdo ꝓpter ebrietatē. puerbi. xx. Luxuriosa res vinum tumultuosa ebrietas. Hieronim⁹. z habet. xxxv. di. vēter. Ubi ebrietas dñatur ibi furoz. Tercio causat' contentio ex prava opinione. Prouerb. xvi. Homo puersus suscitat lites. s. q̄ spūm suuz vult preferre alijs. Prouerbio. xiij. Labia stulta immiscent se stultis rixis. z tunc necessaria est

sapientia. Prouerb. xxvi. Ne rñdeas stulto iuxta stulticiã suaz. Glo. si incorrigibilis est. ne efficiaris ei similis. qz stultũ est talibus respondere. Nã dñs non respondit herodi nec pylato. Si aũt corrigibilis est. rñde stulto iuxta stulticiã suã: ne sibi videat sapiens. Jõ vitanda est ꝓtentio: eo ꝙ facit hoiem carnalẽ et nõ ostendit eũ spũalem. i. ad Loz. iij. Cũ inter vos sit zelus ꝛ ꝓtentio: nonne adhuc carnales estis: ꝛ fm hoiez ambulatis. Jõ Aug. Lites ꝛ ꝓtentiones nõ habeatis nec ꝺ festuca faciatis trabem ꝛ animã faciatis homicidam. i. Johã. iij. Qui odit fratrẽ suũ homicida est. ¶ Secũda cõtentio est periculosa: qua deus ꝓtendit cũ venerit ad iudiciũ cũ pctoribꝫ Jo elis. iij. Cõgregabo oẽs gentes ꝛ ducaz eas in vallem iosaphat ꝛ disceptabo cum eis. Similiter sicut dñs cũ dispensatore suo ꝛ reddẽda rõne est periculosa ꝓtentio. hoc ꝓsiderans Job. xxiij. Nolo vt multa fortitudine mecũ ꝓtendat: nec magnitudinis sue mole me premat. qsi diceret. si ita stricte cõputat: qs subsistet. Job. ix. Si voluerit hõ cõtendere cũ eo: nõ poterit rñdere vnũ ꝑ mille. Jõ ꝑ elemosinas ꝛ lachrimas pax cõponenda est. Mat. v. Esto ꝓsentiens aduersario tuo dum es ĩ via ne forte tradat te iudici. In hac ꝓtentõe erũt apli iudices. Matth. xix. Sedebitis sup sedes ꝛc. Nos scabinos ꝛcemus nobis facere amicos ꝛ placabiles dãdo xenia elemosinaz ꝛ orationũ. Juxta dictũ cõmune. Munera placant homies ꝛcosqz. ¶ Tercia ꝓtentio est fructuosa. s. ꝓtendere ꝓtra mundũ: carnem: ꝛ dyabolũ. Luc. xiij. Contendite intrare per angustã portã. Chrisp. sup Mattheũ. Porta ꝑditionis est dyabol9. Porta vite christ9. psal. Hec porta dñi iusti intrabunt in eã. sed arta: qz pauci viuũt christiane. multi mũdane Jõ sicut ducẽtes nauem sursum ꝓtra aquã. et sic nos oportet ꝓtendere ꝓtra mundũ. Mat. xi. Regnũ celoz vim patit ꝛ violenti rapiunt illud. ꝛ sic cõtendit sanct9 Bartholomeus. Et sic nostra ꝓtentio nõ debet esse viciosa ꝛ carnalis vt discipuloz. qs eorum videretur maior esse. illa ꝓtentio ꝓcessit ex elatione. Nam audientes alĩ discipuli petrũ ꝑmissas claues regni cẽlestis. Matth. xvi. Sic audientes matrẽ filioz zebedei petĩsse statũ dignitatis ꝓ filiis. senti aliquid humanum. quia illi volebant se ꝓferre aliis. ideo ꝓtendebant. qz adhuc carnales erant. ꝛ spũsancto nondũ tanta plenitudie impleti sicut postea. Et sic nos fm Bedam ꝓtendere debem9 quomõ in celo magni fieri valeam9. hic ꝑ meritũ. ibi in ꝑmio apud deũ. qz in domo patris mei mansiones multe sunt. Johan. xiij. Item multa sunt exercitia ꝑ que apud deũ magni fieri possumus. Primo ꝑ dei timorẽ. Judith. xvi. Qui timẽt te magni erunt apud te ꝑ oĩa. id est ꝑ omne temp9. hic in merito. ibi in futuro in ꝑmio. Ideo Psal. xxxiij. Timete dñm omnes sancti eius: nichil deest timentibꝫ eũ. Thobie. iij. Habebis multa bona si timueris deũ. Bern. In veritate didici nil ita efficax ad gram ꝓmerendã nutriendã ꝛ ꝓseruandã. sicut timor dei. Ideo Job. xxxi. Semp quasi tumẽtes sup me fluctus timui deũ. ꝓpter reuerentiã ei9. Secũdo ꝓpter diuinũ amorẽ. Augustinus. Talis vnusquisqz erit: qualis sua dilectio. si valde diligit magn9 ẽ. si nichil diligit nichil ẽ. nõ numerositas operũ. nõ diuturnitas temporum. sz maior charitas auget ꝑmiuz. Sũt em̃ tria in amore diuino ꝓpter que magnificantur amantes. ¶ Primo qz continent deũ. i. Johã. iij. Deus charitas est. q manet in charitate ẽ. Deus est adeo magn9. Psal. cxliij. Magnus dñs ꝛ magnitudinis ei9 nõ est finis. Secũdo ꝓtinent in se virtutes. Augu. Charitas est omniũ virtutũ mater ꝛ custos. qz sicut dñs in se ꝓtinet oĩa. ꝛ sic charitas omes virtutes. Hugo. Charitas omniũ virtutũ obtinet ꝓncipatuz. Philosophus. Qui habet vnã virtutez habet oẽs. Tercio ꝓtinent humilitatis decorẽ. qz quanto in oculis nostris sum9 humiliores: tanto in oculis dei maiores. i. Regũ. xv. dicit. Nonne cũ parvulus eras in oculis tuis. caput in israel facte9. Luce. xviij. Qui se humiliat exaltabitur. Bernar. De quanto quis sibi vilior. tanto in oculis dei ꝓcciosior. Ideo Chrisp. Docuit discipulos humilitatẽ corrigens elationem dicens. Reges gentũ dñantur eoz. ꝛ q ptatem habent sup eos benefici vocant. quasi oĩa benefaceret. licet nõ sit. Vos aũt nõ sic debetis pensare dñationem vestrã. sz qui maior est in vobis fiat sicut qui ministrat. hoc est. qui hic humilior. ibi erit maior. Eccli. iij. Quãto magnus es humilia te in omnibꝫ. Tunc subdit quis maior est. q recumbit aut qui ministrat nõne qui recumbit. qsi diceret. sic est fm iudiciuz humanũ. sz nõ fm iudiciũ dei. Nã q ministrat sepe maior est apud deum. Eccli. xxxv. Rectorẽ te posuĩ noli extolli. esto inter illos q si vnus ex illis. ꝛ ponit se in exemplum dicẽs. Ego in medio vestruz sum sicut q ministrat. quasi diceret. Si ego dom9 intantum me

humiliaui. ergo ꝛ vos seruí. si ego magister. ꝯ ꝛ vos discipuli. Chrꝰ. Nō est verꝰ discipulꝰ q̄ nō imitat magr̄m. non est vera imago q̄ nō est filius auctoꝛi. ergo si nobis mīstrat nos dꝛbemꝰ sibi mīstrare. Augu. Erubescat superbi re hūana infirmitas cū se exhībuit diuina maiestas. Bꝛego. Qui in celum vult ascendere dꝛbet se hūiliare. ¶ Dixi tercio innuit premiorū multiplicitas dī. vos estis q̄ mecū pmānistis in temptatōnibꝫ meis ℞ Sꝫ diceres. tñ relicto eo omēs fugierūt. Rñdet ab eo tpe quo collegit eos multa opꝛobria ꝛ otempt chrꝰ ptulit a iudeis. ꝛ aliq̄ alij q̄ sequebant eū abierūt retroꝛsum. vt habet Joh. vi. Dixerunt multi. durꝰ est hꝫ sermo Et post hꝫ sequit. multi discipuloꝫ abierūt. dixit ergo ad duodecim. Nunq̄d ꝛ vos vultꝫ abire. Rñdit Petrus p oīb. ad quē ibimus verba vite habes eterne. ꝛ nos credimꝰ qꝛ tu es xp̄s filiꝰ dei viui Jō recte dicit. vos estꝫ ꝛc. Et si obijcit q fugierunt. Mat. xxvi. Relicto eo ꝛc. Rñdet q redierūt ꝛ reputat p recessu. Hinc. iij. Regū. ij. dicit. Omēs reges dauid ezechias ꝛ iosias ñ pecauerūt. nō q illi nō pecassent. sed q deus eis oīa pcā dimisit: ac si nō pecassent. Bꝛe. moꝛa. Tanto spes solidioꝛ surgit. q̄nto graꝛuioꝛa q̄s p illo ptulit. Nā in gl̄ia resurrectionis tollit q̄ hic in tribulatōe seminat. dꝛ quo subdit. ego dispono vob̄. s. mecū pmanētibꝫ regnū. ℣ Ut aūt pmaneam⁹ in pugna temptatōis dꝛbem⁹ obijcere q̄ntuplex scutuz. Primo scutū fidei Eph̄. vi. In oīb sumētes scutū fidei. pō. ꝛc. Scuto circūdabit te ꝛitas eī. Bern. Undiq̄z circūdati sum⁹ temptationibꝫ vt vita nr̄a temptatio noīatur. iō necesse est scuto dñi vndiq̄z circūdari. vt sit nob a dꝛxtris ꝛ a sinistris ante ꝛ retro. ¶ Scōm. si grauis temptatio irruat. tunc scutū extra nos. s. memoꝛiā passiōis dñi in mēte hꝫre dꝛbemus. hꝫ docet scꝛiptura ꝛ figura. Figura Num. xxi. Filij israel videꝛes serpentē eneū nō fuerūt lesi Spūaliter. Sic nos chrīstū in cruce. Bꝛeg. Quicq̄d ꝓpinat ad ūsitas tpalis facile erit si cōsideram⁹ q̄d bibeꝛit xp̄s p nobis in cruce. q̄ nos inuitat ad regnū. Bern. Quid duꝛ esse poterit tibi cū recoꝛdat⁹ fueris q̄d p te sustinuit auctoꝛ mūdi. Nā si compat omēs laboꝛes seculi ꝛ oīm hoīm q̄ sunt fuerūt ꝛ erūt. nihil essent in compatōe laboꝛ xp̄i. Ul'etiā scutū ante nos ꝓsiderātes moꝛtis piculū districtū iudiciū vbi omīa pcā discutiet. Eccl. vij. Memoꝛare nouissima tua ꝛ in eternū ñ pecabis.

Terciū infra nos. hoc est ad infernū meditantes ꝛ cogitātes. meliꝰ est hꝫ modicū pati q̄m ibi eternaliter dānari. meliꝰ est in foꝛo leuiter flagellari p q̄ oꝛtet in inferno eternaliter malleari. Job. vi. Qui timet pruinā cadet sup eū niꝛ eterne tribulatōis. Aug. Nullū malū impunitū ꝛ nullū bonū iremuneratū. ibi virga ferrea: hꝫ lignea. Jō Jaco. v. Patiētes estote ꝓfirmātes coꝛda vr̄a. nā p patientiā trāsitoꝛiam elidit pena eterna. Naum. i. Nō cōsurget duplex tribulatio. afflixi ꝛ nō affligaz te vltra Bern. Nō est signū certꝰ euasiōis eterne tribulatōis q̄m q̄d ait dauid. Coꝛripiet me i misericoꝛdia ¶ Quartū scutū supra nos vt mentem ad celi gaudia erigam⁹ cogitātes dꝛi fruitionē: ꝛ mansionē sctoꝝ ꝛ angeloꝝ ꝛ oīz bonoꝝ. Nec illuc venire poterit quisq̄z nisi purgatus fuerit plenissime a macula pcti Sap. viij. Nil coinquinatū intrabit. sed optet vt purgetur. Actu. xiij. Per mltas tribulatōes oꝛtes nos intrare in regnū celoꝝ. Nam si paterem⁹ q̄ sunt passi ocs martires. adhuc non essent passiōes ꝓdigne. Ro. viij. Nō sunt ꝓdigne passiones huiꝰ tpis ad futurā gl̄iam q̄ reuelabitur in nobis. ij. Coꝛ. iiij. Illud q̄d in p senti est momentaneū ꝛ leue tribulatōnis ꝛc. Jō Eccl. xxij. In tpe tribulatōis pmane illi fidelis: vt in bonis illiꝰ coheres sis. Ideo subdit remuneratōis sufficientiā dicens. ego dispono vob regnū. Ego vnigenitꝰ dꝛi filiꝰ cuiꝰ pulcritudinē sol ꝛ luna miranꝛ. cui angeli seruiūt. q̄ est eiusdē essentie cū patre Joh. x. Ego ꝛ pater vnū sum⁹. ego suz ad quē ptinet vnū quēq̄z pm suū meritū in celo collocare. ego dispono vobis regnū sicut disposuit mihi pater p passionē Luc. vlti. Nōne oportuit xp̄m patiꝛ ꝛ sic intrare in gl̄iam suā. ꝛ sic ego dispono vobis vt p tribulatōnes ingrediamini. Bꝛego. Si xp̄s hinc sine flagello nō exiuit q̄ sine pecato venit. quō digni flagellis nō erunt qui ī pcīs vixerūt J ¶ Ecce cōmendabile ꝓuiuiū. Pro oīdit seruitoꝛis nobilitas cū dicit. ego dispono vob Luc. xij. Amen dico vob q̄ pcinget se ꝛ faciet illos discūbere Bꝛe. Precinget se ad remuneratōez. discumbere. i. in eterna requie fouere. Sedo cibꝫ delicioſitas. cū subdit. vt edatis ꝛ bibatis supra mēsam meā in regno meo. Si gl̄ia militis est cū rege sedere in mensa. q̄d nobis cū rege glorie. Hugo in lib. dꝛ spiritu ꝛ aīa. Duo sensus in homie. Interioꝛ reficitur in cōtemplatione diuinitatis. Exterioꝛ in ꝓtemplatōe humanitatis. ꝓpterea dꝛus homo factꝰ est vt totū hoīem i se dꝛificaret. Bern. super Cantica. Plenum erit

oĩ dulcedine videre hoiem ꝛ hoĩs ꝺditorẽ. Tercio loci amenitas. qꝛ ĩ regno meo. Bern̄. Christi regĩ sublimitas ꝛ plena delicia ad te suspiro de valle lachrymarũ. ꝛ merito. qꝛ dicit Amãdus in plogo sup libꝝ sapiẽtie. Ibi erit vernalis amenitas. autũnalis fecũditas. estiualis claritas. ita ꝙ scribĩt Lu. xviij. Beat⁹ q̃ manducat panẽ in regno dei. Nã talibꝫ dicit Canti. v. Comedite amici mei ꝛ bibite ꝛ inebriamini. Bern̄. sup Canti. Comedite de pro priis meritis. bibite de hũanitate: ꝛ inebriamini de diuinitate. qꝛ plena oĩ dulcedĩe. Quarto ꝺiuinarũ dignitas. ꝛ tangĩt eũ dicĩt. Sedebitis super sedes iudicãtes duodecim tribꝰ isrl̃. qꝛ apli vt dicit Amand⁹: erunt in magno honore ꝛ dignitate. qꝛ ĩ iudiciaria ptãte. hoc ꝺsiderans apls Bartholome⁹ ꝙ xps fuit pro eo oblatus. ꝛ oblatio debebat fieri de recta pelle aĩalis ꝛ eo mortuo. Leui. xiij. Sic sanctus Bartholome⁹ ꝺsiderauit nudũ xpm ĩ cruce. sic ipse denudat⁹ pelle corpis ꝓ xpo vt pueniret ad dignitatẽ iudicantiũ duodeci tribꝰ isrl̃ ꝛc.

¶ De decollatione Johãnis baptiste. Sermo. CXIX.

Herodes misit ac tenuit iohẽm ꝛ vinxit eũ ĩ carcerẽ. Mar. vi. ꝛ legĩt hodierno die ꝓ euãgelicali officio. ¶ Dicit Plinius in speculo naturali. Aper siluestr̃ est tante crudelitatis. cũ est in amore parũpendit mortẽ: ꝛ ꝺtra venatorꝭ ferrũ intrepide se infigit. ꝛ tã trãsfixus ꝺtra sibi resistentẽ vires recolligit. atrociter pungit. setas erigit ꝛ paꝝ comedit. ꝛ discurrit post femias ꝛ marcescit. Spũaliter Per aprũ intelligo peccatorẽ luxuriosũ ꝛ carnalem. cũ ardet in amore inordinato ꝛ malo. crudelis ꝛ verox est aduersus eos q̃ eũ arguũt Vñ legĩt in vita pho. de pytagora q̃ veniẽs ad quandã ciuitatẽ noĩe cretonẽ vbi ppl'm in luxuriã laplum vidit. ipe amore castitatis populũ redarguit. q̃ insidias ei parauerũt ꝛ occidere voluerũt. qꝛ carnal' odit ꝺtinentẽ: ꝛ luxuriosus castũ. ꝛ ꝯ ppter dissilitudinẽ moꝝ. vñ Seneca in lib. de aĩa. Dissimiliũ moꝝ dissimilia sunt studia. s. hoĩs carnal' incõtinentis. ꝛ spũalis ꝺtinẽtis. Jo Eccl. xxi. ꝺr. Audiet luxuriosus ꝛ displicebit ei correctio ꝓuer. xv Nõ amat pestilẽs eũ q̃ se corrigit nec ad sapiẽtes gradĩt. Et sic in ꝓposito beat⁹ iohãnes fuit virgo castissim⁹. herodes luxuriosissimus. iõ nõ ꝓcurabant. Nã nunq̃ ꝓbi cũ improbis pñt esse amici. ꝛ ecõtra vt dicit Boeti⁹ li. iij. prosa. iij. De quo etiã saluator Johan. xv. Si de mũdo essetis: mũdus vos diligeret. sz qꝛ de mũdo nõ estis. iõ odit vos mũd⁹, Sic odiuit herodes iohannẽ. qꝛ arguebat eũ ꝺ peccato luxurie di. Nõ te licet hr̃e vxorẽ frĩs tui. tũc ille q̃si aper ferox ꝛ fremẽs ꝺtra venatorez suũ sctm iohem q̃ nitebaĭ eũ capere rhete prediatõis insurrexit ppter vxorẽ suaz adulteram quã illicito amore dilexit. ipm ut carcerez misit ꝛ tinuit. de q̃ thema. ¶ In summa euangelĩ duo innuunt. Primo iohis icarceratio in iuriosa. ibi. misit herodes. Secõ subiungit ei⁹ decollatio lachrimosa. ibi. misso speculatore. De ꝓmo dicit. Misit herodes. s. antipa de tenuit iohem ꝛ vinxit in carcerẽ. s. ꝓ suos suos Est em regula iurĩ. Qui facit p aliũ est q̃si faceret p seipm. ꝛ sic eũ p alios posuit in carcerẽ. qꝛ nõ fuit ausus eũ interficere ppter populuz Chriſ. Qui vincula soluebat pctõr: pctõris vinculis detinet. vt victa vena locũ venie nõ inueniebat. Tũc subdit causaz ppter herodiadẽ. Herodias erat vxor fratris sui philippi quã duxerat. Dicit Josephus ꝛ mgr̃ in hystoria. Herodias fuit filia Aristobuli ꝛ sozor herodis agrippe ꝛ neptis hui⁹ herodis antipe ꝛ vxor fratris sui philippi. philippo matrimonialiter ꝺiuncta. ꝙ erat licitũ ꝑm leges. Herodes illã amauit amore illicito. Nã pergẽs romam p fines fratris sui philippi transiẽs pigit cũ herodiade q̃ vxorẽ suã ꝓpriã repudiaret: ꝛ ipam herodiadez in coniugio duceret. qđ vxorem herodis non latuit: nec expectauit viri reditũ. sed ad patrẽ q̃tociti⁹ ꝺfugit. et sic cũ redĩt fraudulẽter fratri suo vxorẽ cepit. de voluntate tñ herodiadis. ꝛ hoc erat illicitus q̃ viuẽte fratre hr̃et vxorẽ ei⁹. Sz iohes tanq̃ vir iustus ꝛ sctũs de hoc arguebat herodẽ dicens. Nõ licet te hr̃e vxorem fratris tui. Symon de cassia. Si iusticiã violasset in quocũ q̃ alio hoĩe. saltem debebat custodire in fratre Si pudicitiã in alia muliere vituperasset zelare debuit in fratris vxore. Est em preceptuz Exodi. xx. Nõ cõcupiscas vxorem proximi tui. multo minus fratr̃ tui. Et est manifesta prohibitio specialis. Leuit. xviij. Turpitudinem vxoris fratris tui ne reueleles. quia turpitudo fratris tui est tua. Chrisо. Herodes noluit venire ad baptismũ penitentie. Ideo Johannes venit ad ciuitatem ꝛ arguebat herodem. ppter hoc posuit eũ in carcerẽ. Symon de cassia. Exosum habebat quẽ diligere debebat. illũ medicũ pati nõ poterat q̃ eum sanare

cupiebat. Fecit eū in carcere recludi ne posset audiri. hec ille. Sz iohes in carcere male tractatus oñdit q̄ttuor ¶ Pmo q̄ ad herodem ostēdit magnā ⁊ stantiā. qz licet sciunt q herodes eū q̄siuit ad occidendū. tñ nō fugit. nec in aliq̄ pterrit⁹ fuit. Chriſ. Nō herodes illi faciebat in malo. h̄ ille suscipiebat p̄ beneficio. ira illi⁹ q̄si dei misericordia fruebat. qz verū gaudiū est sctōz exire ō mūdo. Eccl. xlviij. In diebꝫ suis nō timuit pncipē. Matth. x. Nolite eos timere q̄ occidūt corp⁹ ꝛc. ¶ Se cūdo oñdit q̄ ad xp̄m magnā reuerentiā. recognoscebat se xp̄i famulū. sicut ad inferiores fuerat. sic ⁊ ad superiores. Jō ꝛc carcere misit discipulos suos ad xp̄m. Mat. xi. Tu es q̄ venturus es ꝛc. ¶ Tercio oñdit q̄ ad discipl'os magnā diligentiā. Chriſ. sup Mat. Missus iohānes in carcere nō ō suo piculo sollicit⁹ erat. sed ꝛc discipulorꝫ salute cogitabat. iō misit discipulos ad xp̄m vt miracula ei⁹ viderēt ⁊ cōuerterent ab erroꝛe. Gregoꝛ. sup Ezech. Nullū ꝛco tale sacrificiuꝫ sicut zel⁹ aiarꝫ. qz melioꝛ est apud deū vn⁹ iust⁹ q̄ tot⁹ mundus pctōꝛibus plen⁹. ¶ Quarto oñdebat apud se magnā sanctitatē. qz munduꝫ reputabat carcerē Esse aūt in carcere ꝓpter xp̄m reputauit paradisuꝫ. Chriſ. Johes specie hō. gra angel⁹. coꝛpoze tenebat in carcere. sed aia in celo. similis erat paulo. Phil. iij. Nostra ꝯuersatio in cel' est. Subdit. herodias insidiabat illi ⁊ volut occidere eū ¶ Nota inter cetera duo sunt genera q̄ pl⁹ appetūt mulieres. s. diligi et honoꝛari. Herodias sciēs se ab herode vehementer diligi: ⁊ p ei⁹ illicitā copulā esse in statu maioꝛis honoꝛis. qz herodes fuit rex potētioꝛ ⁊ famosioꝛ philippo. ideo vt dicit lyra timebat ne herodes ad p̄dicatōꝛes iohis pnitere ret ⁊ eam marito suo redderet. Heu sic hodie mlieres virtꝰ ꝓpꝰ venena ꝓpināt q̄n arguunt. Itē Symō ꝛc cassia. Impatiens est mulierū amoꝛ. Eccl. xxv. Nō est nequicia sup nequiciā mlieris. Chriſ. Incurrit odiū q̄ arguit criminosum. ⁊ p̄m cōmune ꝓuerbiuꝫ. Qui veritatē loquit caput sibi retundit. ⁊ sic herodias querebat occidere eū: nec potuit ꝓpter turbā. qz sicut ꝓphām eū habebāt. O q̄t sunt hodie tales q̄ timēt suspendia coꝛpis ⁊ penas infligendas. ⁊ sic peccare nō audent nec alios hoies emendare. ꝛc q̄bꝰ Isid. Aliud vero est peccare amoꝛe dei. Aliud timoꝛe supplicij. ille mercedē boni opis accipit. sz ille solo metu penarū iusticiā inuit⁹ custodit. Jō herodes metuebat iohem: sciens eū virū iustū ⁊ sctm̄ ad deū. Hiero. Propter seditionē ppli timebat eū occidere ñ amoꝛe dei Chriſ. Timoꝛ dei coꝛrigit. timoꝛ hoim differt peccatū nō aufert voluntatē. Nam duo erant in herode. timoꝛ iohis: ⁊ amoꝛ mulieris. sed amoꝛ vicit timoꝛē. Et audito eo ml'ta faciebat. Glo. in hypocrisi. ⁊ libenter eū audiebat. h̄ fecit vt retineret ppl'm a rebellione. O q̄t sunt hodie tales q̄ faciūt q̄si libenter audirēt. sz cum arguunt occultus insidijs machinant ⁊ tra ꝓximū p̄dicatoꝛē. ⁊ coꝛrectōes audiūt. sz a pctis nō resipiscūt. Chriſ. Herodes libidinis facibꝰ ardens perire maluit q̄z ad p̃niam redire. O q̄tuꝫ vicium adulteriū Osee. vij. O mes adulteratōes q̄ cliban⁹ succēsus. Deutero. xxvij. Maledict⁹ q̄ dormit cū vxoꝛe ꝓximi sui. Apocal'. ij. Qui mechant in maxima tribulatōe erūt. Apoca. xxi. Pars eoꝛ erit in stagno sulphure et pice. Brau⁹ est furto. puer. vi. Nō grādis est culpa cū q̄s furat⁹ fuerit. furat enī vt esurientem aiam impleat. Qui aūt adulterat ꝓpter coꝛdis inopiā pdet aiam suā Ulñ ml'ier adultera peccat in deū violādo sacr'm Mat. xix. Quos deꝰ ꝯiunxit hō nō sepat. peccat in virum fidez frangendo ⁊ falsos heredes substituēdo. peccat in plem quē dānificat: reddēs eū inhabilē ad eccl'iasticas dignitates. peccat in ꝓximum quē admittit. Ulñ Dañ. xiij. Susanna poti⁹ voluit innocenter mori q̄z in adulteriū ꝯsentire. ⁊ sic patet in ioseph Gen. xli. q̄ etiā poti⁹ in carcerari voluit ¶ Itē in pēnis eternaliter ⁊ tpaliter punit eos deus. Ꝓmo tpaliter. ij. Re. xij. Nō recedet gladi⁹ ꝛc. Secdo eternaliter punit adulteriū p̄ sepationē ⁊ exclusionē a regno dei. i. Coꝛ. vi. Fornicatoꝛes et adulteri regnū dei possidere nō p̃nt. subdit. Cum dies oportunus accidisset. ecce grauitas pcti. magna enī diligētia cogitabat ꝛc morte sancti iohannis. In pcto enī sunt duo. act⁹ pcti ⁊ conat⁹. q̄n hō cogitat modū ⁊ tps q̄bꝰ medijs pt peccare. ꝛc oibꝰ talibꝰ ꝺz dolere. qz herodes et herodias ꝯdixerunt pariter q̄ occidere ñ possent eū sine seditione ppl'i. sed cuꝫ herodes in die natal' sui cenā fecit ꝓncipibꝰ ⁊ tribunis et primis galilee. tūc habuit occasionē occidendi eū rōne iuramēti ⁊ multitudine magnatorū cōuiuarū O ¶ Nota ꝯuiua raro fiunt sine pcto. Gre. in moral'. Nōnulla sunt vicia q̄ a ꝯuiuijs separi vix p̃nt. qz epulas semp comitatur voluptas. Nā dū coꝛp⁹ refectione resoluit coꝛ ad inane gaudiū relaxat. scriptū est Exo. xxxij. Sedit pp̄l's manducare ⁊ bibere ⁊ surrexerūt ludere. Ulñ Latho. Cōuiua raro

De decollatõe Johãnis baptiste

ipa sup omnes creaturas merita cumulauit. Prouer. viti. Multe filie regū congregauerūt diuitias. tu sola supgressa es vniuersas. Nā eius merita sunt nobilia. Primo propter immediationē. Nā ipa opa misēdie q nos subemur paupibus exhibere ipa imediate deo exhibebat. Secōo fuit magna ppter duplatam operationē. qz simul z semel otemplationez z actionē exercebat. Nā eū nutriuit necessaria corpis mistrādo. In hoc eius diuinitatē sblimiter contemplabatur. Tercio eius merita fuerunt multa ppter continuatōnes. Hiero. Pietā sibi statuit vt nullū momentū sine fructu trāsiret. Diceres. tamen comedit z dormiuit. Rndetur. q omnia ista necessaria corpis ita discrete ordinauit. q etiā quiescēdo z ab opibus cessando semper meruit. z hoc exferuēti charitate. hō nō est mirū. qz nobis semper possibile est aliquid mereri i omibo q facimus vel dimittimus: cū in gratia z charitate dei sumus. z oīa in deū referimus. Ro. viij. Scimus qm diligētibo deū oīa coopant i bonū. In hoc pcellimus sanctos i celo existētes. qz nō merētur amplius. Sed nos oīa in deū referam⁹. comedēdo. dormiēdo. vt fortiores simus ad deū laudandū. Gre. Somn⁹ sanctoz nō vacat a merito. multo magis ipa ppter ignitā charitatē. Ambro. Sicut ferrū in ignē missū totū igneū fit. z sic ipa ignita in charitate dei. ¶ Secūdo hodie nobis nata est aduocata. Isidorus. Volens aduocare p alijs debet regis z iudicis habere amiciam. z sic ipa mater. Bern. Tu mater exulis tu mater iudicis. Ambro. Sicut xp̄s omniū credentiū est frater. sic Maria oīm credentium est mater. Dexpo Joh. xx. Ascēdo ad patrē meū z patrē vestz. ps. xxi. Narrabo nomē tuū fratribo meis. z sic ipsa Maria mater ex materno affectu vult nobis bonū. Bern. Ipsa apud filiū inducit illud euangelicū. Memento fili verbi tui in quo peccatoribo spem dedisti. Nō est opus valētibo medic⁹. Item. Nō veni vocare iustos sed peccatores. Ipsa est thecuites. ij. Reg. xiiij. que aduocabat pro Absalone allegās generalē infirmitatē dicēs Omnes morimur. Bern. in sermone de natiuitate. Cuz cora tremendo iudice assistimus qui vibrat gladiuz ire super nos. quis auertit irā nisi Maria p quā suscepimus i terris misericordiā. Bern. O peccator securū habes accessum ad deū. cora patre habes filiū ostendētem vulnera. coram filio matrē ostendentem vbera. quomodo hec charitatis insignia non possūt exaudiri ¶ Exemplū. Quidam em̄ peccator habuit in consuetudine salutare beatā virginē. semel voluit ire ad peccandū. z ad altare beate virginis stās salutauit eaz angelica salutatione iuxta cōsuetudinē cora imagine. Quod cū faceret vidit imaginē viuificari cum puero. Similiter de puero vidit sanguinem fluere in gremiū eius. obstupefactus dixit. O dña quis fecit hoc. Respondit. Tu ac ceteri peccatores. quia rursum crucifigunt filium meū. Hebre. vj. Rursum crucifigentes ze. Bern. Dolet plus nostra crimina q̄z sua vulnera. Et peccator cōuersus ait. O regina mater misericordie intercede p me. At illa. Vos peccatores vocatis me matrem misericordie: z facitis me matrem miserie z tristicie. At ille ait. Nō sic pia dña. sed memento te aduocatā peccatoz z intercede p me. At illa. O pissime fili ob amorē mei miserere huic peccatori. At ille. O mater noli grauari q te non exaudio. qz ego rogaui patrē meum p̄mo vt si fieri posset q alio modo posset saluari gen⁹ humanum vt trāsferret calicē a me: z noluit me audire. At illa. O fili memēto q materno vbere z amore te fouī. z alui vberibus meis. condona huic peccatori. At ille. O mater iusticiam tibi ostēdo. z ex iusticia te audire non teneor. Cui mater. Nō solū ex iusticia causemur. sed ad misericordiaz confugiamus. z ergo ppter misericordiā tuā miserere huic pcōri. Cui filius. Rogaui ego secundo patrē meū. Si fieri posset transiret a me calix passionis z nō audiuit. Mater ait. Memēto laborz z dolorz quos sustinui tecū in passione. z dona huic peccatori. Cui filius. Noli mater grauari. sed memēto q tercio rogaui patrē z inaudit⁹ abscessi. Et mater deponens filiū voluit cadere ad pedes eius. qd̄ videns fili⁹ ait. Quid mater vis facere. At illa. Tandiu ad pedes tuos cū peccatore iacebo quousqz ei veniam dones. Cui filius. Absit hoc mater. sanctū est in lege diuina q filius debet honorare patrē z matrē. Et iusticia concluſit q ille debet legem adimplere qui legē dedit. cuz ego sim filius tuus z tu mater mea. te honorabo in isto peccatore. z sibi omnia peccata indulgeo. z sit pax inter me z eum. In signum pacis osculetur vulnera mea. z fecit. osculādo sanata sunt oīa vulnera. Ideo Prosi⁹ sup Cantica. Quos non saluat dei iusticia saluat misēdia Marie infinita. Chryso. In veritate nullū reppi mendicum q̄ se seruū faceret sedulū marie. Hiero. de viris illustribo. In oīi tpe quo quis exercet

Marie gra inuocet. Cui cõsonat Bern. Si es i angustijs. in rex dubijs. Mariaz cogita Mariã inuoca.

Sermo. CXXV. Ad idem.

Liber generationis ihu xpi filij dauid Mat. 1. Iste est liber in q̃ genealogia Jhu xpi scripta est. Sz spualiter iste liber est virgo beata. que florẽ nobilissimũ de se genuit scilicet ihm nazarenũ. nazaren⁹ em florid⁹ interptatur. In isto libro scripsit digito ihs. Primo inclinas se Joh. viij. Et q̃d est inclinare Jhm xpm nisi humiliare z descendere de celis ad istũ mundũ. Et scripsit digito suo in terra. i. spũsancto cooperante in beata virgine est conceptus. Et sic beata virgo est liber iste in quo legere debẽt virgines. mulieres. z pctores humilitatẽ. Vñ in cantico ei⁹. Quia respexit humilitatẽ ancille sue ꝛc. Itẽ mũdiciã z castitatẽ. qz nec primã simile visa est nec hre sequẽtẽ. qz virgo est z mater ✠ Itẽ beata virgo compatur libro ꝓpter tria. qz liber scribit de inde illuminat. tercio legit. Primus scriptor qui in hoc libro scripsit fuit egregius Gabriel archangel⁹. quia in virgine tanqz in libro totius humani generis gram conscripsit dicens. Aue gra plena. qz ceteris ꝓ ptes. Maria data est tota gra. Bern. De plenitudine ei⁹ omnes accepim⁹. captiu⁹ redemptionez. eger curationẽ. tristis consolationẽ. peccator veniã. iustus gram. Et sic nõ est qui se abscondit a calore eius gre. Secõ liber illuminat. sic ista virgo gl'iosa fuit illuminata qñ obumbrante spiritusancto concepit. dicente angelo. Ecce cõcipies z paries filiũ ꝛc. Cui⁹ illuminationem z pulcritudinẽ sol z luna miranf. qz per ipm fuit illuminata ꝓ quẽ celi illuminantur. Vñ Apoca. xxi. Jã nõ indiget sole z luna vt luceat. sed claritas dei illuminabit illaz. Sol recepit splendorẽ suũ a deo. z luna splendorez a sole. Stelle ꝓ ipm chorusc ant. dies clarificatur. z aer serenatur. mund⁹ ꝓ ipm illuminatur. Et ideo dicit. Ego sum lux mundi. Iste liber tã decoris illuminatur q̃ in isto libro legit deus z gloriatur. angelus mirat. peccator cõsolatur. iustus animat. ✠ Primo legit deus z gl'iatur. quia inuenit in isto libro scriptũ rosam pudicicie virginalis. lilium purissime castitatis. violaz deuote humilitatis. Sicut em rosa ꝓ ceteris floribz fulget. sic maxima in verecundia virginali. Intantũ em fuit verecunda q̃ de psortio z frequntia hominũ se abstraheret z sola maneret. iõ angel⁹ ipam solã inuenit. Secõ inuenit liliũ castitatis. Jpa em ꝓ omnibz virginibz mosayce legis primuz suã dño donauit virginitatem. z maluit lapidari a iudeis q̃z lilio virginitatis ꝓuari. Vñ dixit angelo. Quõ fiet istud. qm̃ virũ non cognosco. Tercio inuenit in ꝟ libro violã humilitatis. viola em modica est. sed multũ odorifera. Sic Maria modicã z humilẽ se reputabat dicens. Ecce ancilla dñi. Augu. Audi verbũ humilitatis o hõ. mater regis celestis iam effecta ancillã humilẽ se pnũciat. nõ dominã. Per hãc em triplicẽ virtutẽ tantũ placuit dño q̃ de eius vtero nasci dignatus est.

Secundã lectionem legit angelus z mirat̃. aperto em libro. id est nato Jhu christo: ex eo legerunt insolitũ z inusitatũ nouũ miraculũ. quomodo virgo pareret. z post partum virgo pmaneret. z vt mater sine dolore fieret. Hoc videntes z legẽtes admirati sunt. z cuz viderent natum q̃ esset speciosus forma pfilijs hominũ letati sunt canẽtes. Glia in excelsis deo. Si ergo per decorem huius infantuli angeli tantã iocunditatẽ acceperunt. certum est q̃ ipsa dulcissima dña mater eius dẽ infantuli ineffabilẽ leticiã haberet. cum in gremio teneret filiũ suum generosuz. z videret ad sue vite obsequiũ angelos cum cantico leticie sibi in obsequiũ deseruire. Terciam lectionẽ legit peccator z consolatur. que sic inchoatur Jhs christus venit in hunc mundũ pctores saluos facere. i. Thim. i. Itẽ. Nõ veni vocare iustos sz pctores. Et in illo libro legamus libenter. videlicet in christo. qui ꝓ suam passionẽ redemit nos. z posuit nobis crucez in medio ecclesie. Hic est liber simpliciũ. vt ꝟ videtes legerent in eo memorãdo passionẽ suam. Isa. xlix. Ego in manibz meis descripsi te. et nunq̃z obliuiscar tui. Ergo memorari debem⁹ assidue passionis eius. in hoc erimus similes virgini gloriose. Sic em beata virgo corporaliter genuit christũ. Quarto in isto libro legit iustus lectionem vt animet. q̃ sic inchoatur. Justi aũt in ꝑpetuũ viuent: z apud dñm est merces eoz. cũ gaudio sine dolore. cum leticia sine meroze. z cũ eternitate sine fine. Et illud gaudiũ nemo tollet ab eis. vt dicit dñs i euangelio. Gaudiũ vrm nemo tollet a vobis Et iste liber secundus z tercius est prelatorũ. Jpsi em debẽt legere libros z informare populum ꝓ predicationem. z soli debent esse libri ꝓ exemplum bonorum operum. Sz heu multi

ꝓtrarium faciunt. ergo mlti in isto libro scandalisantur. cū tamē nō ꝛeberē facere. sicut scriptū est ꝛe eis Matth. xxiij. Super cathedrā Moysi sedēt scribe ꝛ pharisei ꝛc. Dicit ergo Matthēus. Liber generationis Jhu xpi ꝛc. Dic est liber mandatorū ꝛei. qui non potest legi nisi apertus. nec aperiri nisi per agnum. quē clausit septē sigillis. id est septē donis spūssancti. in quo continetur scriptura christi sanguine rubricata. que magis in corde q̄ in carthamortua apparet. Requirit ergo scriptura candidissimū pergamenū. id est mundum cor ab humore carnalium voluptatum calore spiritussancti vel feruore solis iusticie ꝛsiccatum. Talis liber fuit virgo gloriosa candida. in cuius corde spiritussanctus scripsit fidem et veritatem. imo etiā ex ea tanq̄ ex bono libro vez verbū non solum legimus. sed etiā suscepim⁹ incarnatuz. Preparemus ergo corda nostra vt a corporalibus ꝛelectationibus feruore dilectionis diuine valeant exiccari. ꝛ fide ꝛ veritate per manuz spiritussancti exarari. ꝛ christi sanguine rubricari. ꝛ sigillis septē donorū spiritussancti claudi. ne dyabolus malas cogitationes ꝛ affectiones inserat. vt in die iudicij ex eo rationem vite nostre reddamus. et ipse iudex thesauros bonoruz nobis traditos plenos inueniat ad obsequium suum optime dispensatos: ꝛ multiplici feruore augmentatos. Quod vt per virginem Mariam consequi valeamus ipsam humiliter salutemus. Aue gratia plena ꝛc.

Sermo. CXXVI. Ad idem

Liber generationis ihu xpi filij Dauid filij Abraā ꝛc. Mat. i. Chrys. sup Matth. Sicut in apotheca sunt diuersa genera speciez ex quibz vngenta pciosa conditur. sic in libro generatōnis ihu xpi conditiones sunt regum. pontificū. ꝛ aliorz hoim virtuosorum ex qbz colligit vita virtuosa. Qui em virtuose vult viuere: necesse est vt ei⁹ vitā incipiat ab Abraā. Et sic p omes patres in h̄ libro cōscriptos vitā eorū imitando vsq̄ ad vitā christi virturum gradibus sic poterit peruenire. Et hoc sic. Jhs xps in principio sue generationis dicit fili⁹ dauid ꝛ filius Abraā. Sz quia ꝛe dauid postea dicet. ideo ab abraam est incipiendum. Abraam em exiuit ꝺ terra sua ꝛ ꝛe cognatōe sua. nesciens quo iret. sed credens dño diues factus est. ꝛ pater multaꝛ gentiū. ita vt semen suū multiplicaret vt stelle celi. Sic ꝛ tu si terrā pmissionis eterne ꝛ diuitias ꝓpetuas volueris obtinere terrenis renūcia: vt ꝓtra ꝛeū illa non retineas. sed ꝓpter ꝛeū distribuas. vt sic semē tuū multiplicetur. Virgo em bñdicta qua renūciauit omibz q̄ erāt ꝓtra ꝛeū. ideo iam cū ꝛeo omnia possidet. Propter qd̄ laudes eius humana lingua exprimere non potest: vt dicit Piero. Quid nos tantilli: quid actione pusilli: quid in eius laudibus referimus. cū etiā si omniū nostrū mēbra verterent in linguas: nullus eam laudare sufficeret. Altioz em celo ꝛe qua loq̄ nitimur. abysso pfundioz cui laudes dicere conamur. Si celū te vocē altioz es. si matrē gētiū pcelli. Si formā ꝛei appellarē te digna existis. Si dñam angeloz parata esse pharis. Quid igitur digne ꝛe te dicam nisi sicut ꝛeus oim nostz est pater. sic ꝛ tu es nostra mater. Plus q̄ Abraā. Abraā genuit Jsaac. qui interptatur risus vel gaudiū. Si em placuerz ꝛeo vt abraam generabis filios gaudij vl risus. Sic virgo gl'iosa spernēs bñdictionē transitoriā ꝓpter votū virginitatis. ꝛ spernens cognatōez ꝛ patriā maledictionis sterilitatez incurrit. eo q̄ soli dño placere voluit. Jdeo mater multaꝝ gentiū facta est. Et genuit Jsaac. i. verum xpm in risuz ꝛ gaudiū humano generi sempiternū. Et sicut Abraā voluit filium offerre et obtulit ꝓ eo arietē cornibz herentem in spinis. sic mr gr̄e xpm herentē obtulit cū manibz in cornibz crucis. que licet ei ꝓ tunc fuerat occasio tristicie. postea tñ ei ꝛ nobis oibz fuit materia gaudioz. Jsaac genuit Jacob. qui fuit pulcer ꝛ nitidus. frater aūt ei⁹ Esau pilosus. Sic quidā sunt nitentes sicut Jacob fulgore charitatis. quidā pilosi ardore cupiditatis. Et sicut Esau pdidit bñdictionē. Jacob autē ex inuitione mris rebecce ipam obtinuit. Sic nos si refulgemus charitate siue dilectōe. ꝓ curationē Rebecce. i. ꝛginis gl'iose a vero Jsaac. i. a pre celesti eternā obtinebim⁹ bñdictoz. Si aūt pilosi fuerim⁹ superfluitate diuitiarū. fenerātes vsuris. negociationibz falsis. sortilegijs. rapinis. dolo. iniurijs. mēdacijs. ꝛ piurijs. extunc negligimus xpi bñdictionē. sicut ipse Esau neglexit. ꝛ solā bñdictōez ꝛe pinguedine terre obtinuit. Esau etiā psequebat Jacob. sic mali psequunt bonos. Et sicut Jacob nō resistendo sz fugiēdo euasit man⁹ esau iuxta ꝺ filiū mris vt fugeret in mesopotamiam donec esau a furore recederet. sic ꝛ tu si pateris a malo. noli reddere malū ꝓ malo. sz malicias

inimicoꝝ declinãdo. donec furor transeat inimicoꝝ. q̃ in te ptãtem nõ haberẽt nisi deus p̃misisset. Si em hoc feceris: eris in generatõe Jh̃u xp̃i cũ Jacob. Si vo nõ feceris a generatione iusta p̃cideris vt Esau. cui⁹ generatõ hic nõ describitur. sed Jacob. Jacob autẽ genuit Judã & fratres eius duodecim patriarchas. Ruben. & sic de alijs. sic noster Jacob. i. xp̃s. genuit duodecim ap̃los patriarchas noui testamẽti. Sicut Jacob descẽdit in egiptũ & nimis multiplicatus est. & q̃diu Jacob & filij eius fuerũt i egipto. egiptus p̃sperata fuit. egressus aũt exterminata est. Sic & sancti q̃diu sunt in mũdo tenẽt mundũ ne cadat. cũ aũt de isto mũdo recedẽt casurus est mundus. Vide aũt qũo omnes generationes sancte p Mariam & eius filiũ sunt multiplicate per recreationẽ. Unde Bern̄. in sermone. Beatam me dicent omnes generationes: aut Ex hoc te beatam dicent o virgo gloriosa omnes generationes. quia omnibus generationibꝫ vitaꝫ & gloriã genuisti. In te em angeli leticiam. in sti gr̃am. peccatores veniã inueniũt in eternũ. Merito in te respiciunt oculi om̃is creature. quia in te & per te benigna manus omnipotentis quicquid creauit recreauit. et tibi creauit. Judas genuit Phares & Saram de Thamar. Thamar primo fuit data filio iude. qui vocabatur Her. qui nõ potuit eã ducere tercius frater. s. Seba. p̃pter defectũ etatis. ppter qđ Thamar de mãdato Jude rediit in domum patris sui. donec Seba creuisset. Ita igit factũ est vt thamar virgo maneret. Contigit aũt quadaꝫ die dũ Seba creuisset. pater. s. Judas dissimulauit eam illi dare. quia timuit eum mori. Qđ Thamar p̃sciens cupiẽs bñdictionẽ in generatione iustoꝝ cum christo obtinere. cuꝫ esset casta in meretricẽ se mutauit. secꝫ posuit i quodam biuio p qđ iudas esset transiturus. Qui estimans eaꝫ meretricẽ sic cooptam accessit. Qua cognita vno ab eo concubitu concepit geminos. quoꝝ vnũ vocauit Phares. & aliũ Saraꝫ. Et Judas pro mercede dedit ei virgam & anulũ. Cum igitur impregnata esset. & ex iudicio Jude lapidari deberet incestuosa. misit virgam & annulum Jude. Ad quod Judas rñdit. Justioꝝ me es. sed sic nõ est interfecta. quia amore filiorũ hoc fecerat. Sic & christus ecclesie coniũctus que est ex iudeis & gentibus formicarijs p̃ idolatriam. Qui sponsus videlicet christus sponse siue dedit virgã castitatis. & iusticie siue regni anulũ. quem p̃digo filio p̃ etiã p̃ pñiam ad se reuertẽti contulit p̃ amore. Ecce qũo meretrix in generatõne dñi inuenitur mundata. vt nemo de generatiõne glorietur. nec de turpi genere vituperetur. quia si vis dño iungi. etiã si meretrix fuerꝫ publica vel qualiscunqꝫ. abscondas vultũ tuum ex verecũdia peccatoꝝ. & iunge te sibi per amorem. vt virgã siue potestatẽ regni celestis valeas obtinere. & anulũ siue vinculum p̃fecte charitatis. Ideo hic dicit Hieronim⁹. Dñs Jh̃s voluit non solum nasci de iudeis & alienigenis. verum etiã de adulterinis cõmixtionibus. nobis p̃stans magnã fiduciaꝫ vt qualicunqꝫ modo nascamur: si eius vestigia imitamur eius membra p̃ fidem efficimur. Hic addit Chrys. sup Mattheũ. Dum iudas lamentaretur penitẽs q̃ nephandũ op⁹ fecisset i israel. & dominum deum diu dep̃caretur. nec luctus sui terminum faceret. astitit ei angelus dei. & hec omnia exposuit ei sicut gesta fuerũt. & consolatus est eum. Judas autem tante fuit religionis vt postq̃ cognouit eam non fuisse vxorem filiorum suorum non acquieuit ei appropinquare. quoniam et si quantum ad deum ipa non erat nurus. tamen ad conscientiam nurus videbatur. puidebat em̃ bonum non tm̃ coram deo: sed etiaꝫ coram hoib⁹. Et sm̃ hunc intellectum dixi eam hic meretricẽ. Hic ergo iudas genuit Phares & Saraꝫ de Thamar. pri⁹ egressus apparuit Sara. ob/stetrix autem ligauit illi coccinum. id est rubeum filum sericeuꝫ. retractus autem Sara primo Phares exiuit. Sara igitur dicitur nobilis. et significat illos qui in hoc mundo nobilitãtur. & in superbia morãtur. vt lucifer. Boni autẽ fortuna seculi p̃scinduntur significati per Phares. qui p̃scisus vel diuisus interp̃tatur. Sed sicut Sara p̃us ortus retractus & inclusus est. Phares autem qui primo inclusus fuerat retracto Sara primũ exiuit. sic amatores mũdi q̃ p̃mũ ostendunt a luce eterna retrahunt. & in vẽtre inferioꝝ recludũtur. Boni autẽ q̃ a p̃sortio maloꝝ p̃scindunt. in celesti lumine victuri eternaliter oriunt. Et bene amatores mundi designati sunt per saram qui signatus erat filo rubeo. quia licet sint signati sanguinis xp̃i rubedine. tamẽ eis nihil

ꝓficit quãdo damnantur. ſm illud ps. Que vtilitas in ſanguine meo dũ ꝛescendero i coꝛruptionez. Jdeo generatio Hare nõ ponitur ſed Phares. licet iudei primo apparuerunt i ſynagoga. tamen nos poſtremo oꝛti per filiuz huius virginis gloꝛioſe ſumus iudeis obtenebꝛatis ſolidati in luce euangelice veritatis. Phares autem genuit Eſron. Eſron interꝑtatur iaculũ videns. ꝛ congruit chriſto qui ſe ꝛedit quaſi ſagittã electã. Et tu ſis iaculũ cõtra iaculũ maligni hoſtis extinguẽdo in viꝛtute ihu xꝑi. qui tanq̃z ſagitta electa ꝛe phaꝛetra operũ oĩpotẽtis dei eſt ꝛceptus in virgine gl̃ioſa ad occidendũ foꝛtiſſimos inimicos Eſron genuit Arã. Arã interꝑtatur irritatio eo ꝙ ſuo tempe iudei maxime mlt̃iplicarent. ꝛ ſic egiptios ſua proſperitate contra ſe irritabant intantũ vt affligerẽtur et flagellarentur. laboꝛibus luti ꝛ lateris oppꝛimerẽtur. ꝙ obſtetrices occidi inꝛerentur. Et ſignificat electos quoſq̃z qui dei gratia proſperati malos incitãt contra ſe vt eis ꝛetrahant ꝛ maledicant. ꝛ ꝑ obſtetrices. id eſt ꝛactiones ꝛ infamiam occidentur. Sed ſicut de illis ſcriptum eſt. quãto magis affligebãtur tanto magis creſcebãt ꝛ augmentabant. ꝛ ſic nos cogimur exire de egipto anguſtiarũ huiꝰ ſeculi in terram ꝓmiſſionis. exẽplo filiꝝ ꝛginis gl̃ioſe. qui occiſus ẽ a ꝓſecutoꝛibus. multiplicati ſunt electi ſicut granũ tritici. qz tales ſunt gens dñi ꝛſiderata. Subdit. Arã autem genuit Aminadab. qđ interꝑtatur volũtarius vel ꝛſideratus. qz ẽm electi ſunt voluntarij ꝛ ꝛſiderabiles deo ꝛ homiby. ideo mali ira eos ꝑ inuidiã irritantur. Sola ẽm cauſa iuidie maloꝝ eſt bonitas electoꝝ. ſicut filij iacob inuidebãt fratri ſuo ioſeph ꝓpter bonitatem eius. Sic filiꝰ virginis cũ apl̃is ꝛ imitatoꝛibꝫ in vita irritauit malos ad ꝓſequendũ. Sed qz xꝑs volũtarie paſſus eſt. ſil̃r ꝛ apl̃i cũ coꝝſequacibꝫ ibãt gaudentes ad ꝓſecutionẽ. ideo requiẽ inuenerũt. Jõ ſeq̃tur. Aminadab genuit Naaſon. qui interpꝛetatur reges. ꝛ ſic ĩm ẽ dicere. Quiscz ſm volũtatẽ dei viuit: ille filios generat i requiẽ. Qui aũt viuit ꝑ volũtatẽ dei in ꝛnos filios ꝑcreat ꝛ ꝑpetuos. Jõ btã virgo ſe totã deo vouerat. ꝛ i nullo voluit hꝛe ꝓpriã volũtatẽ. Jõ genuit illũ qui dicit. Tollite iugũ meũ ſup vos. et inueniet̃z requiẽ ꝛc. Type Naaſon filiꝰ iſrl̃ exierũt de egipto ſm Chriſt. In cuiꝰ ſignũ ꝛ nos exire de egipto debem⁹. i. de tenebꝛis huiꝰ mũdi. poſtq̃z nobis mater gratie xꝑm in requiem geneꝛaſſet. ꝛ tunc a laboꝛe ꝛ oppꝛſſione ꝛ flagellis quieſcere valem⁹. Jdeo ſequitur Naaſon genuit Salmonẽ. qui interꝑtatur accipe vas Jſte Salmõ vas accepit qñ Raab meretricẽ in vxoꝛẽ ſuã duxit. Hec autez Raab erat ĩ Hiericho. que ſuſcepit explꝛatoꝛes ꝛ nunciꝝ filioꝝ iſrl̃ dum quererẽtur a rege de Hiericho vt occiderent. abſcõdit eos i inferioꝛi parte domus. ꝛ ꝑſeruauit eos a moꝛte. et dilexit iudeos plus q̃z ꝓpriã gentẽ. eo ꝙ audierat famã illoꝝ quã deus ipſis exhibuit i manu potẽti ipos de egipto ducens. Salmon aũt tanq̃z vir nobilis ꝛ virtute inſignis videꝝ Raab tã fidelẽ exiſtere. ꝛ deo dilectã ꝛ electã ꝛ cõuerſam ad bonũ. licet ſciret eã eſſe meretricẽ eam i vxoꝛem recepit. videns ꝙ de vaſe contumelioſo factum fuit vas decoꝛus. et vas electionis a domino. Jõ Salmõ bñ dicitur accipe vas quod cõgruit filio virginis Marie. Luz em̃ xꝑs verus Salmõ venerit in iudiciuz. tunc oĩes exiſtẽtes in hereſi ſectas ꝛ ꝙgregatõeſ maloꝝ xꝑianoꝝ ſiue ciuiũ mũdanoꝝ ſiue ꝑncipũ tenebꝛaꝝ gladio interficiet ꝛ igne conſumet. cũ muri ſeu munitiones facte contra deũ ꝛ iuſticiam coꝛruent in inferuum. niſi ſola raab. id eſt aĩa peccatrix xꝑi ſanguine redempta ſi in dilectõe dei ꝛ ꝓximi inuẽta fuerit. Omes em̃ immũdi ſumus tanq̃z pannus menſtruate ꝛe maſſa coꝛrupta venientes. qui maculaz iniquitatis noſtre quã coꝛã deo abſcõdere nõ valemus in fronte poꝛtam⁹. Jõ xꝑm vez ſalmonẽ ꝛ ꝓximos nꝛos diligere debemus. vt valeamus ſigno ſanguinis ſui rubꝛicari. et ſibi ad inſtar Raab deſponſari quãdo mund⁹ vt Hiericho coꝛruet in interitũ ſempiternũ. Jõ ſequitur. Salmõ autez genuit Booz. qui interꝑtatur virtus. q̃ ſm puideñaz dei Ruth in vxoꝛẽ accepit. ꝛ virtuoſum filiũ generauit. Et ſic ſm Chriſt. Qui nõ accipiũt ſm virtutem vxoꝛes. ſz ex ꝓpulſione dyaboli: generãt filios malos in malas ſoꝛtes. ꝛ ad penã iniquitatis ſue. nec ad gaudiũ. nec ad ꝙſolationẽ videntur filios generaſſe. Dicitq̃z Booz accepit moabitidẽ nomie Ruth. Quo autez accepit longũ eſſet enarrare. Sed tm̃ cepit eam in vxoꝛẽ. qz eã virtuoſam cognouit ex quo ſocruꝝ ſuã nõ reliquit. ſed eã ſecuta eſt. dimittens deos ſuos deũ viuentẽ elegit. ꝛ amoꝛe generis in deoꝝ obediens ſocrui iuit in nocte ad lectum Booz ſubtus palliũ. nõ ex libidine. ſz ex ſimplicitate ꝛ amoꝛe pl̃is. Si em̃ libidinez que ſuiſſet iuuenẽ inueniſſet. Sed quia rõne ꝓximitatis Booz debat eã ducere in vxoꝛem ideo audiens ꝗ ab ea nihil ſuſpicatus eſt niſi

virtutē. nec eā repulit tanḡ lasciuā. nec contigit eā tanḡ lasciuus. sed mane consurgens p uocauit primiorē vt eā duceret in vxorē. qui cum eā ipreuisset: ipe Booz iure proximitatʒ accepit eā. felicem se reputans q ipsam meruisset habere. Ecce q̄ta virtus. qz simul ꝺiuncti i libidine nullatenus exarserūt. Hoc est ꝺtra illos q̄ a se longe distātes seinuicem ad libidinem t amorē puocant. Audite ꝺiuges q̄ statis i ꝺiugio vl vultis matrimoniū intrare. nolite querere pulcritudinez vel iuuentutem in his quas ducere vultis. exemplo Ruth vobis habilē qualiscunq; sit. dummodo ibi sit virtus. t inde ples pducātur. Similiter nō q̄ratis diuites: vt ꝓpter pecuniā p̄cipalit̄ vel litis maritari aut vxorari. sed virtuosas. cōiuges querite. etiā si sint paupes. vt iste Booz diues pauperem colligentem spicas post messores. Hic etiaz docet nos Booz t Ruth vt non scandalisemur de omnibus que videm⁹. Ecce i vno lecto sine vicij suspitōe virtus inuenitur. Si ergo videris aliquos colloquentes: nō semp suspicaris de malo. Si tibi malum videtur. suspira ad deum. et nō interpreteris oīa ad malū que vides. Nō de hoc sumatis exemplū ire ad loca suspecta. nec cū suspectis loq̄ studeatʒ. Nā si boies de vobis nō scandalisant ex vestra conuersatōe. tñ vbicunq; potestis tollere scandala debetis. sicut Judas fecit filius Jacob. de quo dictum est. cuz peccasset cū Thamar credens eaz nurum esse suā ex duobus filijs suis. postea qñ lamentabatur pñiam agens: angelus reuelauit sibi q Thamar casta virgo a filijs permānsisset. et q ipse posset eā hre. Jpe tñ ab eius thoro t conuersatione semp abstinuit. ne alij qui hoc ignorabant scānalisati fuissent. Prouidit eiz bona coram deo t corā hoibꝫ. Docet insup nos Booz vt nemini suā vxorē sine sponsam accipere debemus. qz ipse noluit accipe vxorem nisi postq̄ primior frater eaz iure dimisit. Hoc est ꝺtra illos q̄ ꝺtentōe t iudicio alioz vxorel vl maritos euincūt. Jta impletū est illō Isa. xvij. Emitte agnum dñe dñatorē terre de petra deserti ad montem filie syon. qz agnus dominus ihs nō solū per iudeos generationem traxit. verū etiā p paganos moabitidem. Et sic agnus venit nobis ex paganis ad designādum q p virginē gl'iosam etiā paganicaz nostraz generatōez attigit t mūdauit sanguine suo. vt ad mōtem filie syon. i. ad faciei sue spectaculū etiam nos pagani p fidem christianā puenire possemus. Talis itantū virtuosus Booz ex tali virtuosa vxore Ruth genuit obeth. qui subditus interpr̄atur. qz omnis qui virtuosus est in ꝺiugio nō querens libidinez sed plem ex dono t merito frequēter habet filios deo t sibi subditos. Oz multi aūt hñt pteruos filios. hoc fit fm Chrisō. qz parentes non sunt virtuosi. et in matrimonio diuitias eligūt t nō mores. pulcritudinem t nō fidez. libidinem t nō proles. quod meretricibꝫ congruit. nō coniugibus. optant vt filij eoz non sint iuste cōmixtionis. sed pena condigni irreligiositatis eoruz. Vel si sint in se religiosi. tamē qz filios nimiū diligentes non corrigunt sed mittunt eis propriam voluntatem. ideo inobedientes sunt eis. Quia igit Obeth subditus fuit deo t parentibꝫ. ideo sbdit. Obeth aūt genuit Jesse. qō interptat refrigeriū. Quicunq; em̄ est subdit⁹ deo t parētibꝫ suis generat filios bonos a quibꝫ refrigeꝫ. Qui autem contumaces sunt nō sibi generant refrigeriū: sed genimina viperaz nascēdo occidūt parentes. t sic gignendo a filijs occidūtur. Quare autē hic Jesse vocat ysai cū vtrūq; nomē eius sit. nisi vt ostēderet q sub noīe iesse ꝓphete generatio xpi fieret p ipm. sicut dr Isa. xi. Egrediet virga de radice Jesse. Hec est ego gloriosa q̄ hodie egressa est in lucem. fz flos eius est pulcer. saporosus. odoriferus. s. filius ei⁹. Jesse aūt genuit Dauid regē. qz deus i generatione iustoz bñdicitur. t a generatōe iustoz bñdicetur. Ideo talis bonus filius optimi patrʒ genuit etiam filium virtuosum Dauid regē. id est manu fortē. qui primū se vicit. qz quem admodū patiēs fuit in oībꝫ pscutōnibus quas patiebat a Saul rege. t a filio suo Absalone. a Michol vxore sua. t alijs multis. ita t tāte mānsuetudinis t misēdie fuit vt p ppl'o suo quem angelus interficiebat. imo ab hora matutina vsq; ad vesperaz septuaginta milia virorū ipsemet ab angelo interfici voluit. ponens aiaz suā p ppl'o ꝺi. Ego sum qui peccaui. ego sum qui inique egi. isti qui oues sunt quid fecerūt. vertat obsecro manus tua in me t ī domū p̄ris mei. vt ꝺr. ij. Re. xxiij. t. i. Paral. xxi. Etiā adeo sanctus fuit. vt ī adulterio cuz Bersabee t homicidio eius viri filius xpi extiterit. in hoc p̄cipue vt ipsam post: remo in vxorē acceperat: quā prius habuit adulterā. Hic em̄ xps videns aiam peccatricē dyaboli vxorē. primo inspirat ei vt intimo coniungat sibi amore. t tandē occiso dyabolo eā in sponsam accipit nō habentē rugam neq; maculaz Sed ad hoc dauid tibi ꝓponit vt sanctitatē

ipsius imitari studeas. ⁊ ab adulterio et homicidio ꝑcaueas. Si aũt cecidisti cũ Dauid ꝑ pñiam cũ ipso resurgas. Multi em̃ peccauerunt cũ Dauid. pauci aũt cũ eo resurgũt. Ecce in generatõe xp̃i adulter ⁊ meretrix vt ⁊ tu spes qualiscũq; sis. adulter. hereticus. vl̃ sodomita cum eo ipũaliter valeas copulari ⁊ eius generatõi ꝯiũgi. Dauid autem genuit Salomonẽ. qui interptat pacificus. ex ea que fuit vxie. Sed quare hic nomẽ eius nõ ponit cũ tñ Raab ⁊ thamar ⁊ Dauid pctõres ponunt. Rñdet ꝙ ex eo ꝙ thamar ita ꝛtuosa fuit vt ꝛelo plus ꝯcepit. ex qua generatio xp̃i surgerꝫ cõiuncta fuit Jude. ⁊ Raab ita virtuosa erat vt exploratores iudeoꝝ recipet. Dauid autẽ in oĩb virtuosus. De Bersabee autẽ nullum signũ virtutis legimus. ideo illi ponũtur. illa aũt ex noĩe nõ ponit in libro generatõnis xp̃i. Ex tali autẽ genuit Salomonẽ qui templuꝫ dñi edificauit. vt ⁊ tu si ita fueris pacificus ex virtutũ lapidibꝫ templũ coꝛdis edificare valeas: vt ĩ eo dñs ꝑ gr̃am possit habitare. Hic est noster Salomõ ihs̃ qui edificauit castissimum ⁊ pulcerrimũ templũ. videlicet coꝛpus virginis gl̃iose. q̃ ꝑ mariũ posuit lapidẽ in ei⁹ sanctificationẽ. qñ in vtero matris eã sanctificauit. Ull̃ ⁊ hodie est ꝺedicatio templi huius. qꝛ memoriã eius agimus que sancta fuit ante q̃z nata. ideo sanctã natiuitatẽ celebrem⁹. In quo tẽplo summ⁹ põtifex dñs ihs̃ primã missam celebrauit qñ missus a ꝑe venit in ei⁹ carnẽ. ⁊ ꝺeus ⁊ hõ in ea ꝯceptus est. vt ex ꝫ templo idem pontifex natus ⁊ mortuus se hostiam ꝑ nobis offerens obtulit nobis vnctionẽ sacri chrismatis ⁊ olei omniũq; sacramentoꝝ ex latere suo. Quotiẽs g̃ videris in eccl̃ia coꝛpus xp̃i leuare. cogita qꝛ hoc est sumptũ ex tẽplo coꝛporali virginis gloriose. cuius natiuitas hodie celebꝛatur. Et qñ eleuatũ vides in cruce. ⁊ qñ baptisatus es ⁊ pñiam agis et eucharistiã sumis. aut confirmaris. aut vngeꝛis oleo sacro. aut ꝑ sacerdotẽ absolueris a peccatis. cogita ꝙ hec omnia dona tibi cõfert summus põtifex ex tẽplo virginis gloriose. Sed ecce Bersabee mater Salomõis adultera fuit. ⁊ pater adulter. Jõ Salomon faciliter fuit parẽtelis crimis imitator vt fornicaret cuꝫ alienis mulieribus. quibus ⁊ idola fabricauit. Parentes igit̃ studeãt esse iusti. vt castos filios ꝓcreent. vt filij postponẽtes crimia. virtutes coꝛuꝫ studeãt imitari. Sꝫ ad hoc qualiter natura parẽtum ĩ filios trãsfundit. huius euangelij textus ostẽdit cũ dicit. Salomon aũt genuit Roboã. qui volẽs ĩ subditos seuire ad instar patris ꝑdidit. x. ptes regni. Bona em̃ tpalia que ille ꝑ voluptatẽ. superbiã ⁊ luxuriã ꝯgregauit. ⁊ ea heredibꝫ relinquere cupiuit: heres fatuus dissipauit. Quot nũc sũt ĩ mũdo quoꝝ pres magnas mũdi diuitias possederũt: ⁊ nũc filij sunt mẽdici. qꝛ forte male congregauerũt parentes pauper oppꝛimendo. viuras faciẽdo. ⁊ malas exactões exꝛcutiendo. Jsti dissipãt male cõgregata in luxuria. ebꝛietate. ⁊ ludis exponendis. Illis potest dici Mat. xxiij. Testimoniũ vobis est ꝙ estis filij patrum vestroꝝ. Itẽ dicit Lhr̃s. ꝙ regnũ iudeoꝝ pacificatũ fuit ⁊ integꝝ. q̃diu Salomon ĩ iuuẽtute seruiebat ꝺeo. Cum autem incitauit eum sathanas ad fornicationeꝫ ⁊ idolatriã ĩ fine sui regni. cepit scindi regnuꝫ suum. ⁊ tpe filij sui totaliter scissum est. vt ex ꝺuodecim ptibus siue tribubꝫ ꝺue solum remanerent. Sic em̃ regnũ xp̃ianoꝝ tpe apl̃oꝝ bñ stetit. qꝛ oẽs xp̃iani soli ꝺeo seruiebãt et nõ idolis. sed nunc xp̃ianis fornicantibꝫ. ⁊ q̃ tot idola quot pcta mortalia hñtibꝫ scissuꝫ est regnũ in diuersas ptes. hereſum. sectarũ. hypocritarum. tyrãnoꝝ. ⁊ alioꝝ qui mortaliter peccant. intantũ vt pauci inueniunt pfecti xp̃iani qui charitatẽ pfectã habeãt. sine q̃ nec fides saluat. Si g̃ tales hr̃ent fatuos filios m̃tos qualis fuit Roboam. scinderet in fine mundi regnũ ipsoꝝ. ⁊ nisi pñiam egerint oẽs ꝑibũt Nos igitur charissimi ex mr̃e nostra dulcissima talẽ Salomonẽ pacificũ suscepimus. cuius regni nõ erit finis Dañ. vij. Ptãs ei⁹ eterna que nõ auferetur. ⁊ regnũ ipsius quod nõ coꝛrumpet̃. Hoc regnũ est eccl̃ia ⁊ filie eccl̃ie tenentes tunicã inconsutilẽ ꝺe agni vellere factã. ⁊ ex nostra virgine oꝛtã nunq; scindetur a regno xp̃i q̃diu in vnitate mr̃is eccl̃ie ꝑseuerauerint. Roboam genuit Abiã. qui interptatur pr̃ viuens. qꝛ primũ incepit bñ viuere sicut pater. ꝺemũ peccauit in ꝺeum. ⁊ male concluſit. Ecce quomodo pr̃em sequit̃ ꝓles. Sꝫ quid est ꝙ mal⁹ pr̃ generat bonũ filiũ. qꝛ quilibet filius bonus esse teneꝫ. licet habeat malũ patrem. qꝺ Asa filius Abie ostendit. ꝺe q̃ scribitur ĩ textu. Abias aũt genuit Asa. qui interptat̃ vngentũ. eo ꝙ xp̃i bon⁹ odoꝛ fuit ĩ omni vita sua. qꝛ ita bñ vixit ꝙ legere ꝺelectat ipsi⁹ hystoriã. Ecce auꝛ in soꝛdibꝫ inuenit. qꝛ pr̃ vita soꝛduit. ⁊ filius vngẽto bono operis exemplo vite sue ⁊ odoꝛe oĩbus redolebat. Hoc igitur subintelligas. quia cõmuni cursu mala radix malum fructum ꝑfert. mali parentes malos

filios. ¶ Si aũt aliqñ ꝓtrariũ fit hoc raro ꝓtingit. ¶ Sic christꝰ z maria multos bonos z paucos malos ĩ generatõe habuerũt. virgo casta z humilis xpm humilẽ fructũ genuit vt nos eos seq̃mur multiplicitate oĩm virtutũ. Asa aũt genuit Josaphat q̃ interp̃tat dñs iudex. dñs em̃ reintegrauit regnũ ipoꝛ ꝓpter eoꝛuꝫ merita. qui nullũ bonum irremuneratũ relinquit. Jdeo hic fuit dñs iudex. ad quẽ ꝑtinet remunerare bonos. ¶ Ꝫ qz ambo ꝑcauerũt. Asa aũt ꝛsiliũ aduersus regem isrl̃ petijt: diffidẽs ꝺ adiutorio dei recepit in auxiliuꝫ ĩimicos dei. Item Josaphat ꝑcauit. qz Achab pessimo auxiliũ ꝑbuit. vbi interfecto Achab in exercitu Josaphat circumclusus oꝛãs vix venĩã ĩpetrauit. maxime quia deꝰ dilexit illum. qz idolatriã deleuerat. vbi dicit Chrisо. Fideles nõ debẽt dare auxiliũ ĩimicis dei. nec ab eis accipe. vt habet ĩ canone. Non oportet accipe auxilium ab ĩimicis dei. Nos autem docet supradicta hĩstoria de Josaphat. q̃ em̃ petit auxiliuꝫ de ĩimicis dei: de auxilio dei desperat, validiores existimans dei ĩimicos ꝫ deũ. Qui aũt dat auxiliũ ĩimicis dei aduersat deo. deo em̃ volẽte ꝓterere ĩimicũ suũ ipse eũ defendere tẽptat. Cñ btẽ virgini ꝓgruit interp̃tatio Josaphat. qꝺ est dñs iudex. ipa em̃ iudicẽ genuit. quẽ vt fratrẽ z correctorem diligamus. ¶ Sed vide ꝫ ꝑiculosa sit ꝓsperitas diuitiaꝝ. qz ipe Josaphat ꝓsperatus genuit Joraꝫ. qui intantũ ex diuitijs superbiuit. vt ꝓtra deũ filiã Jesabel impie z Achab pessimi duceret vxorẽ. Intãtũ elatꝰ ꝓtra deũ vt etiã sex frẽs occiderat. Jdeo Joraꝫ interp̃tat altitudo. De q̃ poeta. Collunt ĩ altũ vt lapsu gurgitis ruãt Ipse em̃ sic elatus plagis grauiori z diuina a dño percussus est. vt añ biduũ mortis sue intestina sua putrefacta iactaret. ¶ Caue et tu ne ex diuitijs filius vel successoꝛ bonoꝝ superbia eleuet. ¶ Prouide z tu ne ex ꝑnis diuitijs superbias z ꝑcutiaris a dño vt intestina proĵcies. ꝟm illud Eccl̃i. xix. Auaro nihil scelestius. nihil iniquꝰ ꝫ pecuniã amare. hic em̃ animaꝫ suã venalẽ habet. qm̃ in vita sua hi precerunt intestina sua. qz omnẽ sollicitudinẽ et conatum ad exteriora extendẽtes ad ĩstar aranee ꝑdẽtes a se virtutem naturalez: z gratias a deo sibi collatas. ¶ In medio diuitiarũ morantur sicut aranea in medio tele. ¶ Caue ergo tu ne in diuitijs tuis tibi contingat sicut Jude cõtingebat. qui ꝓpter diuitias suspensus medius crepuit. z effusa sunt omnia viscera eius. Actu. i. c. Nõ sic virgo. sed talẽ genuit filium cuiꝰ viscera interioꝛa z exterioꝛa membꝛa tolsa in cruce z in sepulcro non sunt cõminuta. nec fracta. nec coꝛrupta. vt nos exemplo eoꝝ incoꝛrupte viuamus. Joraꝫ genuit Oziam. Itẽ hic Ochosias z amasias nõ nominãtur sed a generatione xpi rescindũtur Joraꝫ em̃ vsqꝫ ad quartã generationeꝫ fuit electꝰ ex eo qz de semine pessime Jesabel que occidit prophetas. z Achab viri ipsius filiã accepit nomine Bodoliã. ex qua hec pessima generatio traxit oꝛiginem. Ecce ꝫ periculosum est inire cõiugium impioꝛũ. ¶ Caue ergo ne vxoꝛem ducas de domo impia. vel maritũ. ne ꝓtingat te deleri cũ generatiõe tua a generatõne xpi. ¶ Sed si audieris parẽtes esse bonos. tunc cũ omi fiducia ex eis coniugẽ talem assume. z quere ꝓiungi generationi rectoꝝ que bñdicetur. Nã dominus ĩ generatõe iusta est. z nõ cõiungaris generationi pessime adultere z peruerse. Nationes em̃ puerse. ſ. auaroꝝ. puerioꝝ. tyrãnoꝝũ. ꝑdonuꝫ. vsurarioꝝ: z omniũ maloꝝ sunt causse cõsummationis ĵugum. ¶ Nõ est ergo ꝟm eos generatio diuina. sed post eos ꝟm Ozias. qui interp̃tatur nobilis. qz fecit qꝺ beneplacitum erat deo. excepto hoc q̃ elatus sacerdotalem sibi vsurpauit dignitatẽ. volens thuribulũ in templo offerre. ꝓpter qꝺ in frõte lepꝛa fuit ꝑcussus. z sedit domi lepꝛosus. nõ exiẽs vsqꝫ ad mortem. ¶ Caue igitur ne tu tibi vsurpes dignitatẽ nõ debitã. ¶ Sed illã nobilitatem sequaris qua facies qꝺ beneplacitum est deo. ¶ Sic xps virginis filius non rapuit dignitatẽ. nec rapinã arbitratꝰ est equalẽ se esse deo ꝑ vt põtifex fieret. ſz vocatꝰ est vt Aaron. ¶ Sequit. Ozias aũt genuit Joathan. q̃ interp̃tat ꝑfectus. z sic tu non egrediaris. ſz in via perfectoꝝ ꝓgredi semp debes. qz ꝟm Greg. ĩ via dei nõ ꝓgredi regredi est. nõ dicas. satis ieiunaui. satis facultates in vsus pauꝑ largitꝰ sum z sic de alijs. ¶ Cũ em̃ oĩa feceritis. dicite. inutiles serui sumus. qz in eo q̃ aliquis existimat se aliquid esse cũ nihil sit cadit a iusticia sua z humilitate si quã habuerit. ¶ Sic phariseus qui oĩa bona fecerat. z ab oĩbꝫ malis declinauerat. eo q̃ se ꝑfectum esse putabat. nec in humilitate ꝓgredi volebat ad maiora impetrãda z facienda. ideo a via dei regressus iusticia ꝓdita z humilitate supbiuit. Xps autẽ nullo indigẽs ꝓpter nos se exinaniuit formaꝫ serui accipiens. legem impleuit. baptizatus est. ieiunauit: oꝛauit in cruce. Joathã autẽ genuit Achas qui malus fuit. nã idolis filium suum consecrauit. trahẽs eũ ꝑ ignẽ. nihil boni legit

re illo. sed tñ in generatõe boni inuenit fortẽ. qz sub ipo datũ est ꝟ signũ. Ecce virgo ꝛcipiet ꝛ pariet filiũ. Achas aũt genuit Ezechiam qui sanct⁹ fuit. Ipse dixit. Memento dñe qõ ambulauerim cor̃ te in veritate in corde pfecto. ꝛ qđ bonũ est coraz te fecerim. Et si obꝛcit. cur fleret cũ mori deberet. Rñdetur q ipe non peccauit. qz non fleuit q deberet ire de mũdo. sed qz heredẽ non habuit. ideo deleria generatõne iusta timebat. qđ scribit Isa. xxxviij. Generatio mea ablata ẽ. ppter qđ exaudiuit eum dñs. ꝛ addidit vite sue annos. xv. In cui⁹ signũ sol retrocessit. x. gradibꝫ i horalogio ad orientẽ. ppter qđ rex babilonis misit sibi multa munera p amicicia inter se mutuo faciẽda. Dicũt quidã q rex babilonis colebat solẽ. videns q sol honorabat Ezechiã. p eo misit sibi munera. Qz aũt aliqz tuluz maiorẽ gl'iam ex hoc hꝫet: omnes thesauros suos nũcꝫs ostẽdit. ppter qđ generatio sua punita est ppter inanẽ gl'iam. Caue ꝛ tu quãtumcũqz accep⁹ fueris ne p inanẽ gl'iam thesauꝛ vite eterne perdes. Iste Ezechias serpentem eneũ quẽ moyses fecerat ꝛfregit. qz iudei colebãt eũ p deo. Ideo q̃cũqz bona tua ostẽdis vide ne hostis p inanẽ gl'iam te spolier istis bonis. sic hirl'm fuit p inanẽ gl'iam spoliata thesauris. Sic ꝛ tu si nondũ xp̃m bono ppposito ꝛcepisti. nec ope bono pepisti plora ꝛ dic. Generatio mea ablata est. vt sic mereaꝛis p diuine ppiciatõis fecunditatẽ accipe p Mariaz q̃ gemẽs affectabat esse in generatõe messie. et expectãs meruit esse mater ipius. Talis Ezechias qui ppter inanẽ gloriã meruit puniri. genuit Manassen. qui malus fuit in tantuz vt ipse Isaiã serraret. qz fm Chriſ. Isaias sibi pdixerat i facie sui pris. vñ ꝛ ipe pr̃ tũc volebat eũ occidere dicens. Melꝰ est esse sine filio q̃z talẽ filiũ post se relinquere qui deum exasperat ꝛ sanctos psequit. Qz ne occideret p/hibuit Isaias. Itez impleuit plateas hierl'm sanguine pphaꝝ ꝛ iustoꝝ. de porta ad portã. ꝛ posuit idolũ in templũ dñi. ꝛ traxit filiuz p ignẽ cophet i cymon vbi erat ꝛtinuus ignis Cũ igit multa fecisꝫ mala comphensus est a rege assirioꝝ ligatus cõpedibꝫ ꝛ cathenis ductus est in babiloniã. ꝛ posit⁹ in carcerẽ. bibebat aquã cũ aceto modico ad mẽsurã vt viuere posset. Et cũ vehemẽter affligeret ꝛ penitẽs oraret: audiuit eũ dñs. ꝛ flãma ignis descendens vincula ipius adussit. ꝛ reuersus in hierusalẽ i regnũ suũ seruiuit dño in toto corde. Sic tu si in generatõne xp̃i vis inueniri: age pñiam vt ad regnũ eternũ valeas peruenire. Iste manasses genuit Amõ qui fuit malus. Hec aũt fuit cã sue malicie. qz viderat patrez esse malũ. ꝛ post pñiam reductũ ad coronam regni. ppposuit malã vitã ducere dicẽs. Pr̃ me⁹ i senio pñiam egit. sil'r ꝛ ego cũ ad etatẽ pfectaz veniã penitebo. Sed fefellit eũ lõge vite prolongatio. qz exterminauit eũ dñs valde velociter. qz duobꝫ ãnis tm̃ regnauit. Sic tu caue sũmope ne in pũcto q̃ ptrahes et stare vis in pẽtis donec pẽta peniteris: ne ꝛ tu in eodẽ pũcto ad infernũ descẽdes. sed potius incipe penitere dum tps est penitẽdi. exemplo Marie ꝛ xp̃i qui p nr̃is pẽtis formã pñie ieiunãdo. legi subiꝛciẽdo ꝛ in sacrificio offerẽdo. ꝛ mortez patiẽdo ptulerũt. Si aũt iustus es ꝛ penitentia nõ eges. extũc viuas sicut Josias. de q̃ subdit. Amon aũt genuit Josiã. qui interꝑtatur hostia. qz sacrificiũ deo obtulit. fecit em̃ pascha sup oms reges q̃ ante eũ fuerũt. vt habet. iiij. Reg. xxiij. Sed hec virgo nobis xp̃m agnuz pascalẽ exhibuit sup oẽs reges qui an̄ ipm fuerũt ꝛ post eũ adhuc erũt. Alij em̃ alienã carnẽ dabãt in pasca. hec aũt xp̃m ex sua carne ꝛ ipius carnẽ dulcissimã nobis ppposuit. Sic tu fm ap'l'm exhibeas corpus tuũ hostiam viuã. deo placentẽ i odorẽ suauitatis. vt sic manduces xp̃m vt sibi i vnitate eccl'ie incorporeris. Josias aũt genuit Jeconiã ꝛ fratres eius in trãsmigratõe babilonis. Hic Joachim ꝛ eliachim nõ ponũtur in numero regũ. Sed rex egipti Pharao intruserat ipos in regnũ manu potenti. ponit aũt sedẽ Joachim. alias vocatus p Hieremiã Jeconias qui rite succesꝫ Dicit aũt euãgelista. qui geniti sunt i trãsmigratõe babilonis. Itẽ illi qui libere voluerũt i babiloniã ire vocabantur filij trãsmigrationis. alij autẽ qui ppter iniquitates suas sunt ducti filij captiuatõnis ¶ Dic insup nota q oms i generatõe positi figurabãt xp̃m. aut fama aut infamia. De infamia. sicut dauid recipiẽs vxorẽ vrie significat xp̃m. qui ecclesiaz de gẽtib⁹ dyabolo auferens sibimet eam copulauit. Jeconias autẽ genuit Salathiel. de q̃ nihil legim⁹ boni seu mali. putamus eũ bonũ fuisse. ꝛ i captiuitate deũ assidue pẽtiss̃e pro calamitate auferenda q̃ ꝛtigerat il'r'. ꝛ ideo petitioni dei appositũ fuisse. Salathiel aũt genuit Zorobabel. quẽ Chriſ. appellauit doctorez babilonie. Per istum em̃ Zorobabel dimissi sunt oẽs filij il'r'. ꝛ reuersi i ꝑpriã patriã i magno gaudio. Sic esdras exposuit pphetaz q̃ alio nom̃e dr̃ malachias. Cum em̃ Zorobabel

esset in misterio regis Darij: ꝓtroversia facta est inter eos z duos alios regis ministros q̄d esset fortius in mūdo. vno dicēte. nihil fortiꝰ est vino. altero aūt. nihil fortiꝰ est rege. Zozobabel aūt dixit. Nihil fortiꝰ mulieribꝫ z veritate. Quibꝫ sic certantibꝫ ꝛcuentū est vsq; ad sniam regis Darij. Quo residente cū principibus suis ad iudicandū. cōtenderūt tres singuli p tanta snia z verbis. contentiones q̄ cupit eoꝝ scire legat Esdrā pphetā. tamen vicit Zozobabel iudicio regis Darij omniūq; principū. pnūciata est oīmbꝫ fortior esse veritas. Cū autē diceret ad eū Darius rex cum iuramento. Pete quid vis à me vsq; ad dimidiū regni mei. Rñdit Zozobabel. Regnum tuuꝫ nō peto: sed vtere eoipo in eternū. Sed hꝰ peto q̄d pcepit Cyrus rex añ te vt dimittas captiuitatē filioꝝ israel redire in sua. Mox Darius consensit. Egressꝰ aūt Zozobabel gratias egit dño di. Bñdictus es dñe z pr veritatis. qui sapientiā hanc in os meū misisti. Et iō recte ꝑm prudentiā dei nominat⁹ est Zozobabel id est doctor babilonie. Que autē maior doctrina dicit Chriſ. nisi ostendere veritatē oīm rex. Et impletū est i eo q̄d fuerat scriptū. Super inimicos meos prudentē me fecisti. Interptat Zozobabel fruitio postposita. qz fruitione regni ad se ꝛcurrēte postposita elegit potius liberationē populi sui q̄z appetere regnum. Hic aūt doctor babilonie est verus xps filius ☧ginis. q̄ fruitōez regni cū ad eū ꝛcfluxit spreuit. fugiēs cū eū vellēt facere regē. potiꝰ i pauptate currens docuit. z maluit esse paup pdicator q̄z supbꝰ rex ꝑm estimationē hominuꝫ. vt nos de eterna ꝛfusione duceret babilonis. Hic dicit Chriſ. de residuis generatōibꝫ nec scripturā aliquā me recordor legisse nec audisse. Hic aūt in fine notandū est. Quicūq; deo placuerūt diuꝰ regnauerūt z pspati fuerūt. inimicos eoꝝ humiliauit deus sub manibus eoꝝ. Quicūq; aūt uniq; z maligne egerūt velociter a regno z a vita cū amara morte pscindebantur. humiliauitq; eos deus sō manibꝫ inimicoꝝ suoꝝ. Si aūt oīm istoꝝ bonoꝝ habueris vitā z veritatē cū Zozobabel pdicauerꝫ vita z exemplo. ex tunc vita sequentiū patrum in te fulgebit. etiā eris magister babilonis. et oēs homies veritate illumines. z tūc celestē prem cognosces. q̄d significat Abiuth. q̄ interptatur pr meus. quez virgo nō suspensibili sz experimentali noticia sup oēs simplices creaturas cognouit. Tunc resuscitaberis a pecca/to. q̄d significat Eliachiz. q̄ interptat dñs resuscitans. Uñ z nos p xpm filiū ☧ginis resuscitationē habem⁹. tūc ad bñ opandū adiuuabit te dñs. q̄d significat Asor. Uñ et Maria martha vocat ꝓpter vitā actiuā bone opationis. qz adiuuata a dño vt generaret nobis saluatorē. ps. Adiuuabit eā deus vultu suo. tūc efficieris iustus. q̄d significat Sadoch. et significat Mariā. que oēm iusticiā p xpm implenit. Eccl. xxiij. In me oīs gra vie z veritatis. tunc eris frater dñi dilectus. quem significat Achim. z significat Mariā. qz p eā nobꝰ xps frater z nos ei. z ipsius mater: sororez et frater esse possumus. tunc soli deo adherens eris quod significat Eliud. Quis vnq; deo adhesit vt Maria q̄ eundē genuit quē deus pater. tūc saluus eris. quod significat p Eleasar. sic oīmbꝫ nobis Maria salutē obtinuit. tunc deus erit merces tua magna nimis. q̄d significat Mathā. Hāc mercedē valem⁹ oēs ꝓse qui p Mariā. tunc supplātabis dyabolū. qz hꝰ significat Jacob. Hec ē mlier de qua Ben. iij. Dixit dñs ad serpentē. Inimicicias ponaz inter te z mulierē. z ipa cōteret caput tuum. et tu insidiaberis calcaneo eius. te videlicet supplantāte. tūc dñaberis in tota terra egipti. q̄d significat Joseph sponsus Marie. de qua natus est Jhus qui vocat xps. tunc totius terre dñationē obtinebis. qz p hanc virginē habemus verum Joseph. qui pascit omne seculū. ideo dicit saluator mūdi. Hic generatio marie nō computat. qz eadē generatio ē Marie z Joseph. qz fuerūt ambo de vna tribu. Jdeo sub generatione Joseph generatio marie cōputatur. Sic ḡ oēs generatōes ab abraam vsq; ad dauid sunt. xiij. Di iudices fuerunt. Jtē oēs generatōes a Dauid vsq; ad transmigrationem babilonis. xiij. Di reges fuerunt A trāsmigratione Babilonis vsq; ad christū xiij. z fuerūt pōtifices. z sic oēs generatōes xlij. significabāt xpm. qui erat iudex. rex z pōtifex. Sic ergo sub illis finit⁹. iudicū. regū. siue pōtificū erat status iudeoꝝ. qz expectabāt eū cui nō deberet succedere alius status. Jdeo veniēte xpo qui in se oēm pfectionē ꝓtinet amplius status ecclie nō mutat. sed militabit sb christo. Sic etiā virgo beata oīm sanctoꝝ patrū vitam in se habuit. fidē Abrae. misericordiā Dauid. sapientiā Salomonis. iusticiaz Ezechie. z sanctitatē Josie. z nō solū in se habuit. sz etiā eos omnes in virtute excellit. imo omnē fidē illoꝝ z virtutē xpm generando cōpleuit. Sic etiaz sancta virgo que nunc filio eius militat. z vsq; ad cozonā regni militabit

J

Quarto post mortē misericordia homini p̄parat celū. Eccl. xvi. Misericordia vnicuiq; p̄parat locū. Figurat. i. Mach. ij. Pauid in misericordia ꝯsecutꝰ est regni sedē. Et sic misericordia facit nos regnare cū xo. ps. cij. Coronabit te in misericordia z miserationibus. Jō Piero. O q̄tū bonū est misericordia. reddit p̄ paruis magna. p̄ trāsitoriis celestia. Jō Aug. Laudas mercatorē q̄ vendit plumbuz z acq̄rit auz. z nō laudas illū q̄ erogat pecuniam z acq̄rit regnū celeste z eternā sub̄am Luvi. Estote misericordes. Grego. Si non habes paupem reddit orē. habes tn̄ eū fideiussorem z xū xbitorē. Jō Petrus rauenen. Da pauperi terrā z accipe celū. da partē accipe totū. z attribuit actiuis. Beda. Vita actiua est esurienti panē tribuere. ¶ Sexta beatitudo ē cordis mūdicia: z bene sequit misericordiam. Ambro. Misericordiaz nō merek nisi mūdo corde mercat. Bze. Quid p̄dest sua dare xo: z seip̄m p̄ immūdiciā dyabolo Ideo Rabanꝰ Mundi corde sunt q̄s ꝯscientia p̄ccati non arguit. p̄propter qđ docet Isa. c. i. Lauamini z mūdi estote. Tūc subdit eoz p̄remiū. quoniā ip̄i xū videbūt. Ubi Leo papa. Qui xū xsiderat videre: nccē est vt oculos cordis ab omi squalore tergat. p̄pter qđ hortat nos Richa. Mundemꝰ p̄ amorē ꝓtutis ꝯscientiā z videbimꝰ ei⁹ gloriā. z ꝯcordat Chrisp. Quāto magis a prauis opib⁹ q̄s se abstraxerit. tanto clarius xuz videbit. Et hec beatitudo attribuit marie z ꝓgenib⁹ ¶ Tales ꝯsequūt tria bona. Primo sunt amici xi. puerb. xxij. Qui diligit cordis mūdiciā habebit regē amicum Scdo sunt xi ministri. ps. Ambulās in via immaculata hic mihi ministrabit. Tercio regnant cū xo. ij. Regū. iij. Mūdus ego sum tō regnāt apud xū in eternū. Apoc. xxij. Virgines sunt z sequunt agnum q̄cunq; ierit.

Septima beatitudo est pax. De q̄ textꝰ. Beati pacifici. z sequit bene mūdiciā cordis. quia mūdato corde ab omib⁹ passiōib⁹ incipit homo hre pacē metis. De q̄ Amb. Cū interiora ab omi labe vocaueris pacē hre incipis. Jō p̄m Piero. Pacifici dicunt qui p̄mo i corde xinde inter fratres dissidētes faciunt pacem. Quid p̄dest alios pacificare z in se bella vicioꝝ hre. nihil. Jō dicit ad Heb. xij. Pacē seq̄ mini: sine qua nemo videbit xū. Et Job. xxvij. Pacē habete z habebitis fructū optimuz. Subdit eoz p̄remiū. Quoniā filij xi vocabunt. z hoc p̄pter similitudinē. qz sicut xꝰ est dator z amator pacis. sic tales amāt pacē. Bze. Sicut xi filij sunt q̄ pacem diligūt. sic z filij diaboli censent qui discordiā querūt Jō Ro. xij. Quantū in vobis est cū omib⁹ pacē habete. Rō Augꝰ. qz pax tale bonū est qđ includit ome bonū. Idem xp̄s bis dni. Pax singlaria tollit. bella cōpescit. iratos cōpunit. superbos calcat. humiles amat. discordias sedat. cūctis est placita. qz est amicoz ꝯcordia. z attribuit angelis. Job. xxv. Qui facis ꝯcordiā in sublimib⁹. i. angelis. Illoz hodie fit mentio i matutinis. Te sanctū dnm laudāt omes angeli dicentes. ¶ Octaua beatitudo est patiētia in psecutione. De q̄ textus. Beati q̄ psecutionē patiunt p̄pter iusticiaz. id est amore iusticie. nō rigore iuris vt latrones. i. Pe. iiij. Nemo vestꝝ patiat quasi fur vel homicida. Jō dicit. p̄pter iusticiā. Chrisp. Si q̄s psecutꝰ fuerit nō p̄pter causam xi: sed p̄pter rpalia bona ille reus est: z tu beatꝰ nō es. Jō xbet esse p̄opter xū. Cū z psecutōnis p̄ssio bene sequit pacē. qz habita pace cordis post victoriā vicioꝝ z carnaliū xlectationuz habilioz ē homo ad sustinendū psecutōes. Chrisp. Nō solū ab hereticis z gentilib⁹. sed etiā a quocūq; p̄pter iusticiā. Subdit p̄remiū eoz. qm̄ ip̄oz est regnū celoz. Ecce hic p̄mittit p̄remiū p̄me beatitudinis. Rō. qz vltima p̄bat omes vsq; ad p̄mā vtz vere sint. De q̄ Bze. Qualis vnusquisq; in seip̄o latet illata contumelia probat Scda rō. p̄remiū regni significat calicē passionis. De q̄ Mat. xx. cū mater filioz zebedei petijt ih̄m. dic vt hi duo filij vnus sedeat ad xteram z alter ad sinistrā. Rndit ih̄s. Potestis bibere calicē quez ego bibitur⁹ sum. Ecce calix passionis est regni p̄remiū. vt vult apl's ij. Thim. ij. Nemo coronabit nisi qui legitime certauerit. Jō ibidē. Omes q̄ pie volūt viuere in xp̄o psecutionē patient. Nā p̄ mltas tribulatōes oportet nos intrare in regnum xi. Actu. xiiij. Tercia rō. qz sancti q̄ p xp̄o sustinuerūt merito cū eo regnant. ij. ad Thim. ij. Si sustinebimꝰ ꝯregnabimus. Idcirco Luce. xxij. Vos estis q̄ p̄manssistis mecū in temptationib⁹ meis dispono vobis sicut dispositꝫ mihi pater meꝰ regnū. Et subdit in textu. Beati estis cuz maledixerint vobis homines. s. blasphemātes z mala imp̄rantes p̄pter veritatē z iusticiā: z dixerint ome malū adūsus

vos. s. ppter me mentiētes. sic dictū est ō christo. Mat. xi. Ecce homo vorax ꝛ potator vini ꝛc. Subdit. ppter me. Ecce causa. subdit pmiū. Gaudete ꝛ exultate. ecce em̄ merces vestra copiosa est in celis.

Sermo. CXLVIII.

Ad idem.

Gaudete ꝛ exultate: qm̄ merces vestra copiosa ē in celis Matth. v. ¶ In verbis p̄missis duo innuunt. Primo exultatio sctōrū gl'iosa. ibi. gaudete ꝛ exultate. Scō subiūgit eorū remuneratio copiosa. ibi. merces vestra copiosa ꝛc. De ꝓmo dic. gaudete. triplex em̄ est gaudiū. ℟ ¶ Primū est gaudium aīale: cū hoies gaudent ꝛ felicitate pctōrum. Prouer. ij. Letant cū malefecerint ꝛ exultant in rebus pessimis. vt fornicatores ꝛ adulteri. Eccl's. ij. Risus reputaui errorē. ꝛ gaudio dixi. ād frustra ꝛciperis. Reuera ꝛcipiunt. Augu. ꝛ ꝓbis dñi. Seculi letitia est impunita nequitia. sed restat futura tristitia. Apocalip. xviij. Quantū glorificauit se in ꝛlicijs: tantū date illi tormentū ꝛ luctū. Aug. in soliloquio Nemo p̄t gaudere in vtroq; seculo. qz mānā nō fuit datū durante farina in egipto. Exo. x. Ideo Bern. Delicat⁹ frater es si vis gaudere cū seculo ꝛ xp̄o. cū dicit Luc. vi. Ue vobis q̄ hic gaudetis ꝛ ridetis. qm̄ lugebitis ꝛ flebitis. Hec erit merces vr̄a. Job. xxi. Tenent timpanū ꝛ cytharam: gaudent ad organi sonū. ꝛ in puncto ad infernū ꝛscendūt. ibi implebitur illud Bre. Mometaneū est qđ ꝛlectat: eternū qđ cruciat. ¶ Scōm gaudiū est spūale. ad Phil. iij. Gaudete in dño semp. id est in gr̄a dñi. quez habem⁹ ita gratiosum dñm. qz ex gratia ei⁹ sum⁹ ad imaginem eius formati ita chare redempti. ad ei⁹ glorīā vocati. De q̄ Abacuc. iij. Ego aūt in dño gaudebo: ꝛ exultabo in ihu ꝛo meo. Nā ꝑm Aug. Ania efficitur id i quo ꝛlectat. qz est nature ꝑspeculatiue. Si gaudet in turpibo: turpis efficit. si in ꝛo ꝛus. De q̄ apl's. i. Lor. vi. Qui adheret ꝛo vn⁹ spūs efficit cū eo. Et h̄ est gaudiū spūale ¶ Terciū gaudiuz est eternale. De q̄ ps. cxl viij. Exultabūt sancti in gl'ia. Et hoc est gaudiū stabile. Joh. xvi. Gaudebit cor vestrū. ꝛ gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Nā sicut p totū annū p̄dicam⁹ ꝛ vita ꝛ passione cuiuslibet sancti. hodie dignū est vt dicam⁹ ꝛ gaudio generali eorū vbi nūc sunt. ¶ Multa multa sunt genera gaudentiū in hoc mundo: sicut hodie in celo. ¶ Primo gaudent parentes ꝛ bonoz filioz multiplicatione. De q̄ Prouer. x. Filius sapiens letificat patrez. Et sic pater celestis hodie gaudet ꝛ bonis filijs quos creauit: q; fuerūt obedientes suis p̄ceptis. puer. xxij. Exultat i gaudio pater iusti ꝛ mater que eū genuit. Et sic mater eccl'ia ꝛ sancta trinitas. ideo canit primū responsoriū Summe trinitati simplici ꝛo ¶ Scōo gaudēt virgines vel sponse ꝛ nuptiaz celebratōe. maxime si accipiunt sponsum nobilē: pulcrū: diuitem ꝛ sapientē. ideo in nuptijs sunt instrumēta leticie. Et sic hodie gaudet Maria mater nostra vera sponsa dei patris. Ideo cū annūciare audiuit solennitatē siue ꝛsponsationis q; ꝛbebat fieri mater filij dei: dixit Luce. i. Magnificat ania mea dñm. Et exultauit ꝛc. Sicut ꝛ dicit Zach. ix. Exulta satis filia syon. Reuera ipa gaudet corōnata corona regni ꝛ gaudij. Unde in figura. iij. Regū. ij. Positus est thronus ꝛsatꝛe iuxta thronū Salomonis. Uñ pōt dicere illud Isa. lxi. Gaudēs gaudebo in dño. ꝛ exultauit ania mea in ꝛo salutari meo. qz induit me vestimēto salutis. ꝛ q̄si sponsam ꝛcorauit me corona. Cui⁹ gaudij participes effecti sunt omes ꝛgines ꝛo ꝛsponsate ꝛ anulo fidei subarrate. Ideo hodie gaudent dicētes illud Apocal'. xix. Gaudeam⁹ ꝛ exultem⁹. qz venerunt nuptie agni ꝛ ꝛm⁹ gloriaz ꝛo. De quo Ps. cxlv. Filie syon exultāt in rege suo. ¶ Tercio gaudēt ciues ꝛ patrie recuperatione. Et sic hodie gaudent angeli. qz vident celestē ciuitatem hierusalē ꝛ homibo reparari. Nā celū erat ꝛsertū p casum angeloz sed p fideles seruos recupat. Ideo gaudēt angeli cū beatis aniabo Lu. xv. Gaudiū est angelis ꝛi sup vno pctōre pñiam agente. Eo q; vn⁹ est ꝛ illis q̄ implebit vacuū locū. quanto magis hodie ꝛ pluribo. Iō implebitur illud Ps. xx. Sup salutare tuū exultabunt vehementer. s. angeli. qz ꝛsiderū cordis eoruz tribuisti eis. ¶ Quarto gaudent mercatores ꝛ lucri cumulatōe. Uñ puerb. xx. Maluz est malū est dicit omis emptor. ꝛ cū recesserit gloriabitur ꝛ lucro. Sic hodie gaudent apli q̄ cōmutauerūt paleā p auro. arenā p lapidibo p̄ciosis. terrā p celo. Et diuites facti sunt p̄o pauptate quā elegerūt Mat. xix. Ecce nos ꝛliquim⁹ omia. q̄d ergo erit nobis. Respōdit. Centuplū accipietis ꝛ vitā eternā possidebitis Hodie ꝛ eis fit mentio in euāgelio cū canit eccl'ia. Beati pauꝑes spū. qm̄ ipsoz est regnū

Sermo CXLVIII.

celoꝝ. ¶ Quinto gaudent peregrini ⁊ exules ꝺ reuersione in patriã. sicut gaudebãt filij ysrl̃ reducti in hierlm. Ps̃. cxxi. Letat⁹ sum in his que dicta sunt mihi. Hic hodie gaudent patriarche ⁊ pphete ꝛc plentia patrie qui hic fuerunt pegrini. Psal. xxxviij. Aduena ego sum ⁊ pegrinus sicut oẽs pres mei. ad Heb. xiij No habem⁹ hic manentẽ ciuitatẽ. Sed hodie gaudent in celesti patria ꝛc possessiõe eterne vite: qui erant exules ꝓpter crimen lese maiestatis parentũ nostroꝝ. Isti tanꝫ pegrini semp cor habebant ad patriã: donec p mortez summi sacerdotis reuersi sunt ⁊ introducti. Isa. vlti. Haudete cũ leticia q̃ in tristicia fuistis. ⁊ repleamini ab vberibꝫ ꝺsolationis eius ¶ Sexto gaudent bellatores ꝛc hostiũ interfectione. sicut iudei ꝛc holoferne. Judith. vlc. Erat populus iocũdus ꝑm faciẽ sanctorum. Exodi. xv. Submerso pharaone cantemus dño. Hoc gaudiũ habet exercit⁹ martirũ. cuius vexillifer fuit beat⁹ stephan⁹. Et ꝛc eis dicitur ad Heb. xi. Sancti p fidem vicerũt regna ℣ ¶ Nã duplex fecit certamen dyabolus cõtra eos. vnũ viciorũ ꝺtra mentẽ. aliud persecutorũ contra carnẽ. Primã aciem vicerunt sancti p resistentiã. Secãm p patientiã tantos em̃ passi sunt ictus q̃t scuta eorũ. i. corpora fracta sunt i bello. Ipi vero nõ ceciderũt ideo coronati sunt. Un̄ Isa. ix. Letabunt coram te sicut q̃ lerant in messe. sic exultãt victores capientes predã qñ diuidunt spolia. Ps̃. cxxv. Uenientes autẽ venient cũ exultatiõe. Septimo gaudẽt opatores ꝛc mercedis receptione. ⁊ sic hodie sancti ꝺfessores q̃ xpo fuerunt cũ cordis humilitate. corpis asperitate. cũ opis fidelitate. Ideo pñt dicere illud ps̃. lxxxix. Letati sum⁹ p dieꝫ quibꝫ vidim⁹ mala. Et sic cuilibet seruo in fine opis dicet. Euge serue bone ⁊ fidelis. q̃ talibꝫ dicetur illud. Gaudete ⁊ exultate. Matth. v. O q̃ merito possunt gaudere hodie sancti ꝛc mitis in celo U ¶ Primo habebũt gaudiũ supra se ꝛc clara visione celestis regis. Ue q̃ Isa. xxxiij. Regem in ꝛcore suo videbũt. Et inde erit eis triplex gaudiũ. Primo videndo faciẽ diuinaz qꝺ erit summũ gaudiũ Bern̄. Illud est vez gaudiũ qꝺ nõ ꝛc creatura sed ꝛc creatore concipit in cui⁹ compatiõe oĩs iocũditas meroꝝ. omne dulce amarũ. oñe ꝛcoꝝ fedũ. Nã ꝑm Aug. Illa visio est tota merces. Et si mali illã faciẽ viderent penis carerent. Chrys. Carentia diuine visionis grauior pena est q̃ pena gehenne. Ḧ verũ est q̃tũ ad penã dãni. Secõo in eis est gaudiũ i visione hũanitatis in corpe glorificato. Isa. xxxv. Ipi videbũt gl'iam dñi ⁊ ꝛcorẽ dei nostri. Nã si illã claritatẽ nõ pmanẽtem sed trãseuntẽ vidit petr⁹ in monte thabor q̃ oĩm alioꝝ oblit⁹ Mat. xvij. dixit. Bonum est nos hic esse. faciam⁹ tria tabernacula. quid tũc ꝛc claritate gl'ie pmanẽtis in patria. Ideo ps̃. lxxix. ꝛsiderãter ait. Ostẽde nob faciẽ tuã ⁊ salui erim⁹. Et Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum vez deũ ⁊ ihm xp̃m quẽ misisti. Tercio erit gaudiũ in ꝺsideratione vnionis hũane nature ad diuinã. O magnũ ⁊ mirabile gaudiũ erit electis cũ ꝺsiderabunt q̃ frater eoꝝ ꝑm carnẽ vere ꝛc⁹ est. Ideo Bern̄. Plenũ erit omni dulcedine videre hominẽ ⁊ hoĩs ꝺditorẽ. Tũc implebit illud Johan. x. Ingredient ⁊ egredient ⁊ pascua inuenient. Ingredient in diuinitatẽ. egredient in humanitatẽ. Jõ Isa. xxxv. Uenient i syon cũ laude sempiterna. q̃ letitia sup caput eorum Un̄ ꝑm Aug. Nullũ malũ ibi erit. nullũ bonũ latebit. ¶ Secõo habebũt gaudium p eo qꝺ infra se est. s. ab inferno: qꝺ veraciter euaserunt. hic vero homo nõ est cert⁹ an amore vel odio dei dign⁹ sit. Eccl's. ix. Inde etiã hñt triplex gaudiũ. Primo videt ꝛmones prostratos a q̃bꝫ hic temptati fuerũt. Secõo videt se securos in ꝑpetuũ ab oĩ temptatiõe. Sapiiij. Justoꝝ aĩe i manu dei sũt: ⁊ non tanget illos tormentũ malicie Tercio videt malos ibi cruciari qui eos hic multipliciter leserũt. ⁊ in hoc laudant diuinã iusticiã. Ps̃. Letabit⁹ iust⁹ cũ viderit vindictã. Ideo ps̃. lxxxiij. Beati qui habitãt in domo tua dñe. ps̃. Exultabit lingua mea iusticiã tuã: ⁊ os meũ annunciabit laudẽ tuã. Eccl. li. Dedit mihi dñs linguam mercedẽ meam. ⁊ in ipa laudabo eum. Ideo ꝑm doctores resumptis corporibꝫ erit laus vocalis. Sed ꝑm Remigium in lingua hebraica. Jõ Isa. xliij. Populũ istum formaui mihi laudẽ meã narrabit. Sancti ergo ꝛc⁹ um laudant pcõres vero vlulant. Isaie. lxv. Ecce serui mei laudabũt p exultatione ⁊ vos clamabitis p dolore cordis ⁊p ꝓtritõne spũs vlulabitis ¶ Tercio habẽt gaudiũ ab ante. s. a celo i q̃ sunt. Inde hñt triplex gaudiũ. Primo a loci claritate. Apoc. xxi. Ciuitas illa nõ eget sole. sed agn⁹ dei illuminabit eã. Et seq̃tur Nox vltra nõ erit. Hanc claritatẽ petijt thobias cap. xiij. Beatus ero si fuerint reliquie seminis mei ad videndum claritatem hierusalem. Nã ille sol celestis lucet ibi: qui dixit Johan. viij. Ego sum lux mũdi. Secũdo a loci

puritate. Apocal. xxi. Nil coinquinatū intrabit. Tercio a loci delectabilitate. Baruch. iij. O israel q̄z magna est dom⁹ dei: z ingens locus possessionis ei⁹. Et p̄sens mūd⁹ velut pūctus est respectu celi. Bern. Luitas celestis mansio secura totū ꝓtinens qđ delectat Ideo Ps. lxxxvi. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ideo melior est dies vna in atriis tuis super milia. Psal. lxxxiij. ¶ Quarto habebunt gaudiū ab eo qđ est post se. id est a corpe ꝓprio qđ h̄ reliquerūt. Inde erit triplex gaudium. Primo a corpis claritate. Mat. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eor̄. Secundū gaudiū a corpis immortalitate. i. Corinth. xv. Oportet h̄ corruptibile induere incorruptionē. z hoc mortale induere immortalitatē. tunc implebit illud Apoca. xxi. Mors vltra nō erit. Terciū gaudiū a corpis agilitate. De quo Aug. Ubi velit spirit⁹: ibi ꝓtinus erit z corpus. q̄z implebit illud. i. ad Cor. xv. Seminat aiale: surget spūale. id est obediens spiritui. Dicit mgr in. iij. di. xlix. Sine omi scrupulo credendū est eos habituros maiorē gloriā post iudiciū q̄z ante. q̄z maius erit eorū gaudiū: eo q̄ extensiue diffundet ab anima i corpus. ¶ Quinto habebunt gaudiū ab eis qui erunt ad sinistrā. scz a sanctis angelis. Et illud gaudiū erit triplex. Primo cū eis immutabiliter viuendo. De quo Mat. xxij. In celo nō nubent neq̄z nubent. sed erūt sicut angeli dei. Secūdo cū eis deum laudādo. Isa. vi. Nō cessabūt clamare die ac nocte. sanct⁹ sanctus sctūs. De q̄ ps. Beati q̄ habitant in domo tua dñe. in secla seculoz laudabūt te Tercio habebūt gaudiū sine modo: cū eis eternaliter deū videndo z amando. De quo Bern. in meditatōnibꝫ. Amabim⁹ sine modo: videbimus sine termino: coherebim⁹ sine medio. sicut idē dicit in lib. de diligendo deum. Quo stillabūt aque viue z ferrū ignit vnitur. sic sancti vniti sunt deo. ¶ Sexto h̄nt gaudiū ad extera. s. a venerabili societate. z erit triplex. Primo ex multitudine. Apocal. vij. Vidi turbaz magnā quā nemo dinumerare poterat. Naz si nō possum⁹ numerare stellas celi. arenā maris z guttas aque. multo min⁹ numer̄ sctoz. Job. xxv. Nō est numer⁹ militū eius. Danielis. vij. Milium milia ministrabant ei: z decies centena milia assistebant ei. Secundo habēt gaudiū ex societatis nobilitate. s. beate virginis. omniū sctoz. angeloz. apostoloz z̄c. quoz hodie omniū celebrtas ē vna. Tercio habēt gaudiū de societatis amicabilitate. Isa. xxxij. Sedebit ppl's me⁹ in pulcritudine pacis z in requie opulenta. vbi nulla discordia. De q̄ ps. Qui habitare facis vnanimes i domo. Nā ibi erit pax z vnanimitas cū deo angelo: ꝓximo z corpe ꝓprio. ¶ Nam duo sunt facientes discordiā q̄ in celo nō erūt. Primū est superbia. puer. iij. Inter superbos sp̄ iurgia sunt. illa nō erit ibi. ps. Nō habitabit in medio dom⁹ mee q̄ facit superbiā. Secūm est inuidia z illa nō erit ibi. de q̄ Aug. sup Joh. Nō erit aliq̄ inuidia disparis claritatis. vnde Bre. iij. moral'. Tanta est ibi vis vnitatis qđ vnusq̄sq̄z in seipo nō capit: in alio se accipiat: se exultat. s. p charitatē. de q̄ Bre. Qđ tuū per laborē: meū p amorē. Quo: ꝓpt̄ hortat nos Aug. in li. de vtilitate agēdi pēnaz. Fratres illuc festinate vbi semp viuatis. si ista fluida vita diligit. q̄to magis vbi feruēter sancti i deo letantur. ¶ Dixi sc̄do subiungit eor̄ remuneratio copiosa. ibi. Merces vra copiosa est in celis. ¶ Ité merces sctoz habet plures ꝓditōes. Prio cū recipit celeriter. Apoc. xxij. Ecce venio cito z merces mea mecū. Reuera cito veniet. s. post mortē. Luc. xij. Qua hora nō putatis filius hois veniet ad remunerāduz vnos. ¶ Sc̄do deseruit faciliter. Matth. x. Quicūq̄z potuz dederit vni ex mininimis meis calicē aque frigide nō pdet mercedē suā. scz in celis. Idcirco noli esse impatiēs in aduersis. nihil est qđ pateris si mercedē attēdis. Ideo Dier. xxxi. Quiescet vox tua a ploratu z oculi tui a lachrimis. q̄z adest merces operi tuo. Bern. Si labor te terreat respice mercedem. ¶ Tercio soluit liberaliter. q̄z dr copiosa. Un Bern. Merces sctoz est tam magna q̄ non pt mēsurari. mlta nō numerari. pciosa nō estimari. copiosa nō finiri. Jō ps. Replebit in bonis desiderii tui. sup q̄ dicit Orosius. Replebunt oēs sensus exteriores z interiores celesti bus delicijs. ps. Cor meuz z caro mea exultauerūt in deū viuū. Aug. Duo sunt sensus. interior z exterior. Exterior reficit in ꝓtemplatōe diuinitatis. Interior in ꝓtēplatōe diuinitatis. De q̄ Leo papa in lib. de fide dicit. Dei hō fact⁹ est vt totū hoiem beatificaret. Istud g̃ obiectū tā fulgidū est q̄ hois alia claritas sanctoz z fidei est q̄si calam⁹ ardēs respectu totius vniuersi. Jō Bern. O beata merces xp̄m videre in seipo in nobis z nos in ipo felicitare. De q̄ Aug. sic loquit. Qđ ꝓparauit deus diligentibꝫ se fide nō capit. spe nō attingitur. charitate nō cōprehendit. acquiri pōt estimari nō pōt. Quarto possidet pheuniter.

Sermo CXLVIII.

Eccli.xviij. Nō verearis vsq; ad mortē iusti/ficari.quoniā merces dñi manet in eternum. Nō em̄ deficiet q̄stumcūq; diu ea vtamur.q; nō est trāsitoria sed sempiterna.Augusti.O homo exardesce in amore dei et desiderio vite eterne.cui⁹ lux est veritas.cui⁹ lex charitas.cuius modus eternitas.ibi actio nō operosa.requies nō desidiosa.ibi sanitas sine infirmitate.pulcritudo sine deformitate.iocunditas sine merore.sapientia sine errore.vita sine morte.Sap.v. Justi in perpetuum viuēt:et apud dñm est merces eor̄.Eccl.xv. Noli timere ego merces tua magna nimis. Hāc mercedē adepti sunt omes sancti quor̄ hodie solennitatem celebram⁹ letanter. ¶ Pro q̄ sciendū hodierna festiuitas est gaudiose celebranda. q; varijs de causis ab ecclesia est instituta.

¶ Primo ppter dei glorificationē. Unde Hulhel.altisidorensis. Qui sanctis honorē impendit illū specialiter honorat qui eos sanctificauit.q; honor ministror̄ est veneratio dñor̄. In figura illi⁹ Heliseus dixit se fore p̄sentē quādo naaman syrus descendit ō curru faciens reuerentiā giezi puo suo indigno. Jō hortat Psal. Laudate dñm in sanctis ei⁹.

Secūdo celebrat ppter auxilij participationē. Bern.in ymone de omibz sanctis. Si potentes fuerūt in terris.potētiores sunt i celis. q; patria nō minuit charitatē:sed augmētat. Maxim⁹ in sermone. Eor̄ merita sunt nr̄a suffragia.eor̄ cruciat⁹ sunt nr̄i pfectus. Quo em̄ cognoscunt nr̄a desideria. Rñdet sanctus Tho.in.iiij.q cognitōe matutina.scz in verbo nō aūt cognitione vespertina.i.in seipso. Uñ Grego. Quid nō vident q̄ videntē omia vident. Bern. Ibi semel magistr̄ vidisse est omnia didicisse ¶ Tercio celebrat ppter spei sublimationē. Unde Bern. Quid est q nō solū difficile sed etiā videt nobis impossibile cum homies fuerūt sicut nos. Ideo festiuitat̄ eor̄ celebratio est nr̄e fidei confirmatio. Maximus in sermone. Nūq; ita constāter vitā extēdissent. nisi alterā beatitudinē sensissent.ideo ñ timeam⁹ nimiū.Augu.in ymone de martiribz. Quid timebo membror̄ damna cū securitatem accipio de numero capillorū. Matth.x. Oēs capilli capitis vestri numerati sunt.et vn⁹ nō pibit ex istis. Ps. Custodit dñs ossa sanctorū. vnū ex his nō conteretur ¶ Quarto celebrat ppter eorū imitationē.ō quo Chrys.sup Matheū Que est iusticia sctōs colere et sanctitatē spernere.sine causa iustos colit q̄ iusticiā spernit. Ideo hortamur.i. Mach.iiij. Memento tote quō salui facti sunt p̄res vestri. Aliqui p voluntariā pauptatē vt apli. Aliq̄ p seruitutem vt patriarche et pphete. Aliqui p patientem tribulationē vt martires. Aliq̄ per misericordie pietatē vt confessores. Aliqui p corporis castitatē vt virgines. Aliq̄ p pñie asperitatem vt veri pēnitētes.sic et nos. Maxim⁹ in ymone de omibz sanctis. Que delectat alicui⁹ sancti meritū et premiū:delectari debet pariter et obsequiū. ¶ Quinto celebrat ppter templi cuius dē dedicationē Romani em̄ cū vniuerso orbi dñarent:quoddā templū construxerūt in cuius medio suū ydolū collocātes oim̄ puinciarū simulacra p circuitū statuerūt:respicientes rectis vultibz ydolū romanorū.si q̄ aliqua puincia rebellaret continue arte diabolica illi⁹ puincie simulacrū ydolo romanorū posteriora vertebat.innuēs q ab ei⁹ dominio recessissent.statim illuc romani exercitū destinabant et ipsam suo dominio subiugabant. Et illud templū vocauerūt Pantheon.qd̄ sonat toti dij.et dicit a pan qd̄ est totū:et theos de⁹.et duravit tamdiu vsq; ad tempus impatoris foce Tunc Bonifaci⁹ quartus papa impetrauit h̄ templū a foca cesare:et consecrauit in honore beate v̄ginis et omnū martirū christi.et appellauit locū sancte marie v̄ginis ac martirum christi.et pp̄lo appellat ad sanctam mariam rotundā. Et post h̄ quidā papa Gregor⁹ h̄ festū kalendas nouēbris instituit:et p vniuersum mundū hunc diē in honore oim̄ sanctorū celebrari solēniter ordinauit. ¶ Sexto celebratur ppter omissor̄ implectionē.quia nos multos sctōs obmittimus.et ppter eor̄ multitudinē celebrare nō possum⁹ ppter nostrā infirmitatē et tpis brevitatē. Ideo eccl̄ia ordinauit vt vno die eos simul honorarem⁹. ¶ Septimo ppter negligētie suppletionē.quia licz aliquor̄ festa celebramus:tñ negligenter. Jō hodie p amorē et deuotionē supplere debemus negligentiā in festiuitatibz pactā ¶ Octauo ppter facilioē orationū nr̄ar̄ impetrationez. Sicut hodie omes sctōs vniuersaliter honoramus.sic ipi hodie intercedūt p nobis. Dieroni. Impossibile est multorū orōnes non exaudiri.de quo hodie in collecta dicit. Deside ratam nobis tue ppciationis abundantiaz multiplicatis intercessorib⁹ largiaris. Intercedūt em̄ sancti p nobis merito et affectu.merito dū nobis eor̄ meritis suffragant.affectu dū merita nostra cupiunt adimplere. ¶ Exemplum legitur. Cū custos quidam ecclie sancti petri hac die ex deuotione oīa altaria

circūisset ꝛ oim sanctoꝝ suffragia implorasset ꝛ dmū venisset ad altare sancti petri. ibi paululū requiescēs extra se rapit ꝛ vidit regem regum in sublimi solio ꝛ oēs angelos in circūitu morātes. tūc virgo virginū cū dyademate pfulgenti venit. quā innumerabilis multitudo virginū sequebat. Huic rex protin⁹ assurrexit ꝛ posito solio sedere fecit. Post hoc venit quidā vestitus pilis camelorū quē sequebat multitudo venerabiliū seniorū. dēinde venit alius pontificali habitu decoratus: quem cohors in habitu ꝑsimili sequebat. Postea processit innumerabilis multitudo militie. dmū aduenit turba diuersaꝝ gentiū infinita. Omnes igitur ante regē aduenerūt ꝛ ipm flexis genibus adorauerūt. Iste autē qui in pontificali habitu erat incepit matutinas ceteris prosequentibꝫ. Angelus aūt q̄ predictū custodem ducebat eidem visionē exposuit. asserens virginē in prima acie matrē dei esse. vestitū de camelorꝫ pilis iohannē baptistā cū patriarchis ꝛ pphetis. ꝛ pontificali ornatu petrū cuꝫ ceteris apostolis. milites. martires. turbam reliquā ꝑfessores. Hi oēs ante regē venerūt. vt ꝑ honore sibi hac die exhibito a mortalibus gras agerent. ꝛ p orbe vniuerso orarēt. Deinde ad locū aliū ipm duxit ꝛ vtriusꝫ sexus homines vidēs. alios in stratis aureis. alios in mēsa gaudētes diuersis delicijs. alios nudos ꝛ inopes auxiliꝫ mendicantes. ꝛ dixit hunc purgatorij locū esse. abundātes illas animas esse quib⁹ ab amicis p multa suffragia copiose subueniebat. egentes esse quarū nulla cura habebatur. Jussit autē vt oīa summo pontifici intimaret vt post festū omniū sanctoruꝫ diem statueret animarū. vt saltem generalia suffragia fierent pro illis que specialia habere nequirent.

De animabus dēfunctorum. Sermo. CXLIX.

Ītēde anime mee ꝛ libera eam. Scribitur ps. lxviij. Et legit ꝑ salute animaꝝ. ꝛ applicat ꝑ ꝑsentis sermonis exordio. In verbis p̄missis duo innuunt. Primo postulatio beneficij ꝛ pietatis. ibi. Intende anie mee. Secō explicatō subsidij ꝛ charitatis. ibi. ꝛ libera eā. De ꝑmo dicit. Intende anie mee. Nō dicit intende bonis derelictis. nec intende bonis corpis: sed anie. Itē intendere debem⁹ animabꝫ dēfunctorū pluribus de causis. Primo ꝓpter naturā docentes. Est nāq; lex naturalis q̄ docet Mat. vij. Oīa quecūq; vultis vt vobis faciāt hoīes: eadē facite illis. Et hoc intelligit. quecūq; vultis fm rectā rationē. Et sic si velletis liberari cooperiamini liberationi aliorū. Dicit nāq; Albertus i libro rerū. q̄ irrationalia animalia vt cerui ꝛ elephantes succurrūt alijs. Cerui cū debent ptransire magnā aquā fortes ordinant in ꝑncipio ꝛ in fine. ꝛ debiles in medio vt sustententᵉ a fortib⁹ ponentes capita sup dorsa fortiū ceruorum. ꝛ sic transuadūt. Similiter elephas si ceciderit p se surgere nō potest. tūc clamat. currunt aūt alia animalia ꝛ subueniūt. qz scribitur Eccī. xiij. Omne aīal diligit sibi simile. Si hoc faciūt irrationalia. mlto magis rationalia. vt docet apl's ad Gal. vi. Alter alterius onera portate. ad Roma. xv. Debem⁹ nos firmiores imbecillitates infirmorū sustentare. Ambrosius Nil tam piū sicut iuuare consortē. Nā oīes sum⁹ miserabiles ꝛ defectuosi. Idcirco nūc simus misericordes. Prouer. xix. Homo indigens misericors est. Eccli. xxxi. Intellige q̄ ꝑ ximi tui sunt ex teipo. Secō ꝓpter scripturam ammonentē. Nā omis scriptura veteris ꝛ noui testamenti hortat nos ad subuenīēdū animabꝫ, Eccli. vij. Mortuo nō prohibeas gratiā. Itē. ij. Macha. xij. Judas machabe⁹ misit duodecī milia dragmas argēti hierosolimā offerre ꝑ peccatis mortuorū. ꝑsiderauit em ꝑ hi qui cū pietate dormierant optimam haberent repositā gratiā. Sancta ergo ꝛ salubris est cogitatio p defunctis exorare vt a penis soluentur. Ecce hoc est ꝓra eos q̄ dicunt q̄ auaricia sacerdotū excogitauit cōmemorationes aīarū: qđ est falsum. Quia scribit Eccli. ij. Elemosina patris tui nō erit in obliuione. ꝛ ꝑ peccato matris restituet tibi bonū. id est ꝑ subsidio patris ꝛ matris fiet tibi recōpensa. qualis. Subdit idem ibidez. In iusticia edificabitur tibi. in die tribulatōis cōmemorabitur tui. Et sicut in sereno glacies soluent. sic tua pcta. ꝓpter qđ est eccl'ie sancte cōstitutio. de celebra. miss. c. Cū creatura. q̄ nulla miss debet celebrari quin dēfunctoꝝ debz fieri memoria Tercio ꝓpter amicicia refulgentem Prouerb. xvij. Omi tpe diligit qui est verus amic⁹. s. tpe sanitatis. infirmitatis. leticie ꝛ tristicie. tempe vite ꝛ mortis. tpe ꝑsperitat' ꝛ aduersitatis. Deq̄ Hrego. Lex vere amicicie est vt qui diligit in ꝑsperitate: diligat ꝛ in aduersitate. vt docet ihs filius syrach. Eccī. vi. Si possides amicū in temptatiōe possidebis illum.

Sed heu amicicia vera est rara. quia mlti se ostendũt amicos in pspitate. pauci vero reperiuntur in aduersitate. De q̃ puerb. xix. Diuitie addunt amicos plurimos. a paupe aũt saparant quos habet. Et implet illud Eccli. vi. Est amicus soci⁹ mense. z nõ pmanet i tpe tribulatõis. Ps̃. Obliti sunt benefactor ei⁹. ppter quod dicit Horra in sententijs Amici nõ ꝓbant bene in pspis z in aduersis. Sic ꝯtingit paupibus vt scribit Belasius papa. z habet. xxv. q. ij. Sicut folia deserũt arbores in hyemis aduersitate qñ illis contra frigora plus indigeret. ita qui ꝯuertunt ad inimicicia am tpe pauptatis amici. Fontinus de mutabilitate rerũ dicit. Si q̃s se amicũ iactat talẽ se non verbis sed opere demonstret. Juxta illud. 1. Joh. iij. Non diligamus verbo nec lingua. sed ope z veritate. Dicit ibidem. Qui viderit fratrem necessitatem patientẽ z clauserit viscera sua ab eo: quo charitas patris manet in eo. Et sic nos sum⁹ fratres. Matth. xxiij. Omnes em̃ fratres estis. vnus em̃ est pater vester q̃ in celis est Ubi Aug. Omnes fratres sumus fm q̃ homines. q̃nto magis fm q̃ christiani sum⁹ z in fide xpi. Rõne fraternitatis spualis est vn⁹ pater de⁹. vna mater ecclia. que fraternitas tanto magis restringit ad diligendum quãto reuerentior de⁹ pater q̃z homo carnalis z mater ecclia q̃z mater carnalis. z celestis hereditas q̃z temporalis. Ideo faciam⁹ iuxta illud. 1. Mach. v. Conuenit em̃ ecclia magna cogitare q̃d faceret fratribus in tribulatione. Agamus iuxta illud Deute. xv. Precipio tibi vt aperias manũ tuã egeno z pauperi. Et ostendamus verã amicicia. Nam fm Fontinum. qui fingit amicicia peior est illo q̃ fabricat falsam moneram. Et sicut ex vera amicicia tenemur subsidiũ corpi. multo magis anie. De q̃ Aug. in lib. de catheszãdis rudibus. Sicut sententia est ꝓbis ꝓponenda: ita corpori anĩa.

¶ Exemplum de abbate qui debebat mori. Aduenientibus fratribus z tractantibus de abbate eligendo. Abbas infirm⁹ rogauit p auunculo suo vt eligeret in abbatẽ. Et factum est. mortuo illo habebat purgatoriũ in fonte. Et abbas electus amic⁹ defuncti deambulans in orto circa fontẽ. audiuit lamentabilẽ vocẽ interrogauit q̃d ibi esset. Rñdit. Ego sum quondã abbas amic⁹ tuus z crucior hic ex eo q̃ procurauit te eligere in abbatẽ. Cui ille. Nõ est tibi magna pena: quia in aqua refrigeris Respondit aĩa illi⁹. Accade ferreum candelabr̃ de ecclesia z mitte in fontẽ z videbis. Allato candelabro z in fontẽ misso dissoluebat sicut cera a facie ignis. Neq; lego q̃ aliq̃d boni p aia eius fecisset. ecce quãta ingratitudo. Aug. Ingratus est q̃ accipit beneficiũ z nõ reddit obsequium. ¶ Quarto tenemur eis subuenire ppter causam indigentẽ: sunt em̃ valde indigentes. quia pauperes. ps̃. lxxxij. Anias pauper tuor ne obliuiscaris. Pauperes sunt quia nihil operari possunt. vt dicit ps̃. cvi. Sedentes in tenebris z in vmbra mortis vinctos in mẽdicitate z ferro. Constat q̃ tenebre impediũt operationes q̃ se iuuare nõ possunt. Eccli. xi. Nõ est op⁹ nec ratio apud inferos. Vincula impediũt euasionẽ. mendicitas solutionẽ q̃ nõ pñt satisfacere diuine iusticie. Sunt tm̃ membra corporis mystici. ideo pñt capere influentiã a corpe. z q̃nto eorũ mendicitas maior: tanto in subueniẽdo eis ẽ pietas copiosior. quia dicit Aug. Magna pietas est illos iuuare q̃ se iuuare nõ pñt. Sed quo pñt scire qñ quis eis beneficia impendit. Respondet fm Augu. in lib. de cura agenda p mortuis q̃ quattuor modis possũt scire. ¶ Primo ex liberatõe vel ad min⁹ ex pene alleuiatione. quia si nõ statim liberantur. qñ p eis aliq̃d fit. tamẽ aliquantulũ min⁹ patiuntur. vt volunt doctores cõmuniter. Sed mgr̃ Henric⁹ de hassia dicit q̃ acerbitas non mitigatur. sz solũ fit eis refrigerium. Verbi gratia. Sicut portans intolerabile pondus. z est aliq̃s q̃ prestat ei haustũ aque frigide. apparet sibi q̃ leui⁹ portat. licet sit idẽ pondus. z sic eis pena alleuiat per nr̃a suffragia. Et tm̃ hec duratio pene abbreuiat. licet fm Henricum acerbitas nõ mitigatur. quia aie in purgatorio summe appetũt vt deũ beatifice viderent. propter q̃d magis eligerent acri⁹ pati q̃ eo citius ad deũ venirent. Sed prima responsio est cõmunior. Et sic fm doctores ex alleuiatõe pene cognoscunt q̃ aliquid fit p eis. sz tm̃ adhuc ex se nesciũt q̃d aliquis facit. ¶ Secũdo pcipiunt hoc ex angelica reuelatione quibus cõmisse erant in baptismo ante z post. q̃ sepe eas visitant z exhortantur eas ad patientiam. illi dicũt eis determinate quid sit z quid faciũt p eis. z dicũt eis qñq; terminũ pene: z in h̃ valde ꝓsolantur eas. Sic angelus thobie Thobie. v. c. Fortia nio esto. in primo est vt cureris. Ideo canit ecclia. Mitte archangelum michaelem vt ille dignetur eas emere de penis tenebrarũ. ¶ Tercio pcipiunt h̃ ex descendentiũ relatione q̃ descendũt ad eas. z q̃ agnouerunt pro eis fieri antecẽ decederẽt illis nunciant ex charitate. quia in purgatorio non est

odiū nec inuidia sicut in inferno. Sed charitas maior q̄z in mūdo. ideo vna aīa ꝓsolatur aliā qūo potest. ¶ Quarto ꝓcipiūt hoc ex diuina inspiratōe. sicut sancti homies qñq̄z in hoc seculo ex diuina inspiratōne cognoscunt qđa se scire ñ ꝑnt neq̄z ab alio didicerūt. Unde legitur in apiario q̄ quidā defunctus precibus cuiusdā viri sanctissimi resuscitatus fuit Hic referebat se vidisse z audisse q̄ aīa cuiusdam quē hic in vita pr⁹ nouerat grauissime torquebat. que in medio ignis subito exultādo clamauit. Eya misericordissime d⁹ gratias tibi ago q̄ non in finē oblitus es mei. Cui alia aīa consors in pena. Unde tibi talis exultatio in talib⁹ horrendis penis. At illa. De rito tripudio. qz a dño datuz est mihi scire q̄ hodie natus est puer: qui postq̄z ad virilē etatem venerit presbiter efficiet. In cuius ꝑma missa ab his penis ad eternā requiē euolabo. ¶ Sed diceres. si aliq̄s facit aliquid ꝓ anima defuncti quez nunq̄z vidit nec nouit in seculo. an aīa potest eū cognoscere in purgatorio. Respondet q̄ q̄diu est in purgatorio nō cognoscit eū determinate sicut eos quos in seculo nouerat. Nihilomin⁹ aīa regratiat ei z desiderat eū agnoscere z diligit eū. sicut nos facimus qñ aliqui habent fauorē ad nos quos nunq̄z vidim⁹. Sed postq̄z liberate fuerint et peruenerint ad celos tūc cognoscūt omes benefactores suos determinate quos prius nunq̄z viderunt. z magnifice regratiant illis ꝓ eis orantes deum.

¶ Sermo. CL.
¶ Ad idem

MOrtuo nō ꝓhibeas gratiā Eccli. vij. Uidemus q̄ membra sana interim q̄ sunt in corpe nō abscisa vegetantur a corpore Spūaliter. Sic anie defuncte sunt membra corpis christi mystici. s. ecclie sancte. Roma. xij. Sum⁹ em̄ inuicez membra. z sunt sana z non putrida nec abscisa. id est i charitate mortua. z nō sine charitate decesserūt. ideo vegetant a corpe. id ē ꝑticipes sunt bonoz ecclesie. De quo Bern̄. Charitas est virtus largiflua que facit oīa cōmunia. vt habet d⁹ Isidist. xij. ecclesie. vbi dicit. Qui sunt in charitate ꝑticipes sunt omniū bonoz̄ operum. propter qđ dicit. vnū membruz corpale aliud respicit z ei dolenti subuenit z ꝓdolet. Sic spirituale existens in charitate condolet z subuenit. ¶ Item mortuo nō debem⁹ denegare gratiā ꝓpter multa ¶ Primo ꝓpter penaz Nā sm Tho. in opibus misericordie illius ciuis est succurrendū q̄ in maioribz sunt penis Et sic anime i purgatorio sunt in tanta pena quā nemo in terris passus est aut excogitare potest in hac vita. Aug. Ignis purgatorij est durior q̄z quicq̄d excogitari potest. licet enim martyres innumerabilia passi sunt tormenta. vt Laurenti⁹ Petrus Katherina Ursula cē. nunq̄z in eis talis pena inuēta est. Aug. Brauius est esse in purgatorio q̄diu pōt oculus claudi. hoc est q̄ ad ictuz oculi q̄z fuit pena in craticula sancti laurētij. Et subdit. Qui purgatorij petit: nescit q̄d petit. Ideo scribit Jacobus epus tusculan⁹. q̄ quidā mortuus ꝑcibus cuiusdaz sancti fuit ereptus de purgatorio ad agendū pñiam in terris. hic ita se afflixit q̄ in sepulcris habitauit in niue i glacie z i igne se volutabat. Interrogat⁹ cur hoc facerz Respondit. Si lacus ante ecclīam tot⁹ igneus essz mallem in eo esse vsq̄z in diē iudicij vt possem euadere penā purgatorij. Ideo Christo. Intende anie mee quascunq̄z penas seculi totū leue erit respectu pene purgatorij. Nam dicit Aug. Iste ignis hic in mundo est velut ignis depict⁹ in ardore respectu pene purgatorij. Et cū sm Aug. peccata magna siue parua nō possunt esse impunita. ideo idem in libro de penitētia dicit. Purgādus est igne purgationis q̄ distulit fructū conuersionis. ps. lxxij. Cōuertetur populus me⁹ hic. s. p penitentiaz nō leuē sed arduā: si vis euadere penā purgatorij. ꝓpter qđ inquit Hiero. Intende qualitatē z quantitatē penitētie q̄ debet pene purgatorij equipollere. Idcirco ꝓpter grauitatē pene dicit Guilhelm⁹ in rationali. In missa defunctorum nō canit Gloria. qz nō sunt in eo. nō dat pax: qz pace nō fruunt. iō petim⁹. Requiē eternā dona eis dñe. nec osculū dat post euangeliū. qz plenā amicitiā non dū habent. nec candele accendunt ad euāgeliū. qz ñ sunt in luce sed in tenebris. ideo petimus in missa. Lux ꝑpetua luceat eis. ¶ Si diceres. est ne ignis purgatorij corpalis vel spūalis. Respondent doctores super. iiij. sententiarū. q̄ ignis purgatorij est corporalis. ¶ Sed diceres. quo tunc potest agere in spiritum. Respondetur q̄ iste ignis potest ꝓsiderari dupliciter Uno modo vt est res corporea. z sic non habet agere de natura sua in spiritū. Alio modo ꝓsideratur prout est instrumentum diuine iusticie vindicātis. Hoc enim exigit ordo

diuine iusticie vt alia que habet materiã igni congruentem. scz peccatuz ardeat in eo. In simili sicut filum in stupa cito consumitur per ardorem ignis. Si autẽ pinguedine ꝛc sepo vl cera iungat. ꝛc quãto pinguedo maior adheret filo. ꝛc tanto diuti⁹ durat in igne. ꝛ sic ð aĩa. ꝛc quanto maius peccatũ: ꝛc tanto amplius durat in purgatorij igne. ¶ Sed di. quo anime exute teneri possunt a corpali igne. Respondet mgr Julian⁹. Si spũs viuẽtis hois tenet in corpe. cur nõ etiã post mortẽ corporeo igne teneat. Aug. xij. de ciuitate dei: dicit. Sicut anima ꝓiungit corpori vt det ei vitã. q̃uis illud spũale ꝛ hoc corpale. Et anima aggrauatur ꝑ corpus. Sap. ix. Corpus qð corrũpitur aggrauat animã. Et sic iste ignis ita se habet q̃ spirit⁹ incorporeus ei cõiungi potest. ¶ Sed diceres. a quo aũt puniunt vtruz per demones vel ꝑ angelos. Respondet sctũs Tho. sup. iiij. sententiaz. q̃ puniunt a diuia iusticia nõ a demonibꝫ quorũ victores extiterunt. nec ab angelis bonis. qz ꝓcures suos nõ affligunt. Sed tñ possibile est vt eas ad locũ penarũ adducant. sed diuina iusticia eas punit. ¶ Sed diceres. vtrũ idem sit loc⁹ purgatorij ꝛ inferni. Rñdet sanct⁹ Tho. sup. iiij. sententiarũ. Locus purgatorij est duplex. s. ſm legem cõmunẽ ꝛ dispensationem. Primo modo capiendo tunc loc⁹ purgatorij inferno est ꝓunctus. vt dicit Hiero. q̃ infern⁹ est in medio terre. sicut cor in medio aialis. ꝛ supra infernũ est purgatorũ generale. Attamẽ aliqua sunt loca priuata in quibꝫ aĩe puniunt ſm dispensationẽ ꝓout de⁹ statuit. Sed quare aliq in priuatis locis puniunt. Rñdet q̃ quattuor sunt cause assignande. k ¶ Primo ꝓpter eoz celerez liberationẽ vt possent aliꝫ indigentiã reuelare. vt legit de piscatoribus episcopi Theobaldi. qui piscantes tpe estatis ceperunt vnã magnã partẽ glacieꝝ cogitãtes. h valet episcopo ꝑ refrigerio pedũ. quia erat infirmus. ꝛ allata glacie supposuit pedes. et audiuit vocem lamentabilẽ interrogauit qđ esset. Respondit. Aia sum homis christiani. et hic crucior igne purgatorij. Cui dixit episcopus. Cur hic ꝛ nõ alibi reputaret ei purgatorũ. Rñdit. Ex speciali gra dei vt notificarem meũ defectũ: ꝛ eo citi⁹ liberarer. Et sic eps sanatus legit tricesimũ. finito eo dissoluebat glacies ꝛ liberabat aniã. ¶ Secũdo ꝑpter nostrã informationẽ. vt loquit magister Simon in passionali de animabꝫ ¶ Tercio ꝑpter eoꝝ leuem punitionẽ. vt Gzego. vidit q̃ aliq in vmbra passe sunt. ¶ Quarto ꝑpter culpe perpetrationẽ. Legit q̃ presbiter quidã balneuz intrans inuenit sibi quendã sedule seruientẽ. cui semel apportauit panẽ benedictuz: ꝛ dedit ei. Respõdit ille. Pater. illius panis nõ indigeo: sed orate deuz ꝑ me. hoc est mihi summe necessariũ. Cui sacerdos. Quis es. Respõdit Ego sum aĩa cuiusdã defuncti. Dixit sacerdos. Quid hic facis. Respondit aia. Hic pecaui: ꝛ in hoc loco patior purgatorũ. orate deum ꝑ me: ꝛ disparuit. Qđ ꝛ ille fecit: ꝛ vltra ñ apparuit in signuz q̃ liberata erat. Idcirco. ij. Macha. xij. habet. Sancta ꝛ salubris est cogitatio ꝑ defunctis exorare. ¶ Exemplũ legit de quodã milite q̃ ꝓsueuit semp ꝑ defunctis orare. semel descendit de equo ad orandũ ꝓ defunctis. sui emuli sequebant eũ. ꝛ ipe inuocauit omes aĩas ꝛ mortui surrexerunt cũ instrumẽtis quibꝫ dũ vixerũt vtebant: illum defendentes: ꝛ hostes territi fugierũt. ¶ Secũdo nos nõ debem⁹ denegare gram mortuis ꝑpter cõminantẽ penalitatẽ. cõminat em nobis Salomon Prouerbio. xxviij. Qui obturat aures suas ad vocẽ pauꝑis: clamabit ꝛ nõ exaudiet. Ratio Lu. vi. Eadem mẽsura qua mensi fueritis remetietur vobis. Inquit Beda. Indignus est omi suffragio q̃ defunctorũ immemor fuit in hoc seculo. Et qđ plus est penam ꝓsequit. vt dicit Haymo sup Apocalip. Justo dei se subdit iudicio q̃ defunctorũ immemor fuerit. qz scribit Jacobꝫ in canonica sua. c. ij. Judiciũ sine miſicordia fiet illi q̃ nõ facit misericordiaz. ¶ Exemplũ legit de quodã monacho q̃ obijt: ꝓ quo frẽs vigilias. missas. psalteria legerũ. post hoc apparuit vni de fratribꝫ ꝓquerens se esse in magna pena petens subuentionẽ. Cui frater respõdit Omia nihil profuerunt tibi. Qui respondit. Alij receperunt qbꝫ tenebar qđ neglexerã. ꝛ q̃ ꝑ desideriũ in vita meruerũt. Ecce si huic nõ profuit q̃ negligens fuit. quid his q̃ ꝓtemnũt orare ꝑ defunctis Beda. Indignus est omni suffragio q̃ defunctorũz fuerit immemor in hoc seculo. ¶ Tercio ꝑpter vtilitatẽ nostrã consequendã. que triplex est ¶ Prima quia suffragia ꝓ eis facta redundãt in nos. Nam ſm Ambro. Omne quod defunctis impenditur totum ad salutem nostrã fertur. vt impleatur illud Psal. Oratio mea in sinu meo ꝓuertet. Nã omes qui sunt i purgatorio certitudinaliter ꝓueniunt ad regnũ celorũ. Et sunt tales secuꝝ ꝛ certi: ꝛ licet ad tempus in captiuitate teneãt. ergo si honoramus petrũ ꝛ pauluz in

eorū imaginibꝫ. vt si videres in lacu vel igne iacere. vtiqꝫ extraheres. multo magis animabus ꝛefunctorū attende. ¶ Si regē terrenū videres ꝛetentū ministrares vt euaderet. vt postꝙ veniret in regnū centuplū tibi reꝓnderet. Et sic ꝛe animabꝫ. Ideo Richar. ꝛe sancto victore. Alie erepte ꝛe purgatorio dū assint celesti gaudio miro modo ꝓ illis reinterpellant q̄ eis subuenerūt in hoc seculo. Nā ꝛeus eis nihil negat q̄ sunt in celo. Ideo Aug. in sermone. Orate ꝓ ꝛefunctis: vt cum fuerint in vita eterna ꝓ vobis orent. ¶ Secūda vtilitas. qz ꝓ opus suffragij nos meremur nobis. Aug⁹. Certus sum q̄ nullū opus suffragij ꝓ ꝛefunctis amittis. si illis nō ꝓderit q̄ nondū in tali statu sunt. tibi aūt meritū erit. qz dicit sanct⁹ Tho. in. iiij. ¶ Opus suffragij ꝓ alio factū habet duplicem effectū. est ꝛ expiatiuū pene illi⁹. ꝛ meritoriū vite eterne nobis. ꝛ hoc inquātū fit ex radice charitatis. ¶ Tercia vtilitas vt misericordiā post mortē cōsequamur. Mat. v. Beati misericordes. quoniā ipi misericordiam ꝓsequent Luc. vi. Eadem mensura ꝛc. Ideo Aug. Lupis homo vt tui misereat ꝛe⁹. fac vt primo misereatis. Idem ꝛe cura agenda ꝓ mortuis. ꝛ habet. xiij. q. ij. ca. Nō existimas: dicit. Illis suffragia ꝓsunt q̄ dum viuunt opant vt ꝓdesse possunt. ¶ Dicit nanqꝫ Henric⁹ ꝛe hassia: ꝛ sctūs Tho. in. iiij. Suffragia dupliciter fiūt. Uno mō in communi ꝛ ab vniuersali ecclia. Alio modo i speciali. Primo modo sic oīibꝫ ꝓficiūt equaliter ceteris paribꝫ. Hoc addo qz vnius hoīs aīa potuisset hoc magis meruisse q̄ alia. quia multa opa pietatis ꝛ misericordie fecit ꝛ liberter subuenit alijs. Alio modo in speciali. ꝛ sic magis ꝓsunt illi ꝓ quo fiunt. alias frustra essent specialia suffragia. ꝛ non attendas ꝓpositū q̄ ponit similitudinē ꝛe candela que omnibus lucet. sed vni est ad honorē. nō est simile. qz lumen candele cōmunicat se per nature necessitatē. Lumen aūt spūaliter ꝓ intentione ꝛz. ¶ Sed diceres. tamē dicit Piero. Luz pro centū aīabꝫ missa dicit: nihilomin⁹ est quasi pro vnaquaqꝫ diceret. Rn̄det sanct⁹ Tho. in iiij. dist. xlv. Duo creditores pn̄t equaliter teneri vni aureū sicut vn⁹ solus. nō tamē equaliter solui possit duobꝫ sicut vni. Sed q̄d ad dictū Hieronimi. Rn̄detur q̄ hoc dictuz intelligit quantū ad meritū facientis. non autē ad vtilitatē eius ꝓ q̄ fit. Ideo qui in hac vita magis fuit vtilis ꝛ ꝛefunctis misericors. magis erit particeps suffragiorū. Jō pō. xl. Beatus q̄ intelligit sup egenū ꝛ pauperē. Et Thobie. iij. Fiducia magna erit cora summo ꝛeo elemosina. Quoniam elemosina a morte liberat. ꝛ nō sinit aīam introire in tenebras. Eccli. xvi. Misericordia vnicuiq̄ ꝓparat locum ꝓm merita opez. Nā ꝓm Ambro. sola elemosina est comes ꝛefunctoꝝ.

Sermo. CLI.
Ad idem

Memēto iudicii mei: sic erit ꝛ tuū. mihi heri. hodie tibi. Eccli. xxxviij. ¶ In verbis ꝓmissis duo innuunt Primo optabile ꝛe sideriū in purgatorio ꝛegentiū. ibi. Memento iudicij mei. Secōdo subiungit formidabile extitiū in mundo viuentiū. ibi. sic erit ꝛ tuum. De primo di. Memēto iudicij mei. ¶ Triplex est em̄ iudiciū q̄d est in memoria habendū. Primū ante mortē. Secōm in morte Terciū post mortē ¶ Primū ante mortē. d̄ q̄ i. Corinth. ix. Si nosmetipos dijudicaremꝰ nō vtiqꝫ iudicaremur. Habet em̄ ꝛe pe. di. iij. Deus nō iudicat bis in idipm. Ide q̄ Anacletus papa. vi. q. i. Si omia. Si omia cōgrue essent iudicata: diuina iudicia nō haberent locū. Psal. Beati q̄ custodiūt iudiciuz ꝛ faciūt iusticiā. Naum. i. Nō ꝓsurget duplex tribulatio. Hoc fecit Job. xxxi. c. dicens. Si contempsi iudiciū subire cū seruo. hoc est cū corpore meo. Et hoc est iudicium pn̄ie. q̄d docet Aug. in libro ꝛe pen. Ascendat homo tribunal mentis sue. ꝛ accuset se in ꝓspectu iudicis: sit ratio iudex. ꝓscientia testis. timor carnifex Leo papa. Nō remanet in iudicio ꝓdemnādū q̄d hic fuit in penitētia purgatū. Deb⁹ iudicio clamat aīa in purgatorio. Memento iudicij mei. s. penitentie. vt pn̄iam ꝓ eis facere ꝛeamus quā ipi neglexerūt. Nā isti i purgatorio sunt membra ecclie. ꝛ reficiuntur pane bone opatōnis nostre. Dicit sanct⁹ Tho. in. iiij. di. xlv. Duo sunt que faciūt suffragiuz ecclie valere. dignitas ꝛ necessitas. Nā iusticia ꝛei ꝓsiderat dignitatē. qz digni sunt eo q̄ in charitate ꝛecesserūt. Et hoc nō est in damnatis. qz isti meruerūt. illi nō vt eis ꝓdesset: si quid ꝓ eis fieret. Et misericordia ꝛei cōsiderat necessitatez. ꝛ hec est magna in his q̄ sunt in purgatorio. ꝛ hec non ꝓdest his in celo. qz nō indigent. ꝛ sic liberant. qz si soluit frater meus ꝛebitū meū: ego absolutus sum. Exemplū ꝛe duobꝫ socijs euntibꝫ Romam. Unus

